

Accessio ad  
imperium.

Aquila ex-  
plumatur.

Venezlaus  
coronatur.

Populus dis-  
cedit a pa-  
tribus.

Karolus rex  
inuisit Lub-  
cam.

Otto. III.

diernum, Sed hæc postea. Tum uero Imperator cœlū ac terrā fatigauit, ut inclinaret principes electores ad surrogandū etiā se uiuo regē Romanorū: successione non contētus, etiā accessionē agitabat. melius aliquanto Fridericus, nostri temporis Imperator: qui annitentibus hoc ipsum de filio eius Maximiliano principibus, quod tñ postea permisit, diu ferē restitisse. Sed tum Karolus grādi ere expromisso, in suam traxit principes electores sententiam. Scribit aperte in Bohemia sua Aeneas postea Pius Papa. II. centum aureorū milia cuiq; electorum a patre Karolo constituta, & in pignus tradita, quę sunt ad Renū uectigalia, certissimū quondā Imperij patrimonium, nunc electorū principum diuisa hereditas. Sic explumatur Aquila. Suscepere in pignus, sed inde firmauerūt: ut sacramentis prestitis, ab Romanorum rege nunq; liceat reposci. Iam dudū antea credidit Blondus Romanū Imperiū (cuius ille declinationē scribit) corruisse: poterat sterisse uideri, q̄ diu tanto fulciret uectigaliū patrimonio: postea q̄ ita illud direptū est, si antea corruit, nunc iacet obrutū, & ruinis suis sepultū. Hęc dolentes referimus: q̄ non superest spes recuperandi. Igitur Fridericus Coloniēsis archiepiscopus suo in nouū Romanorū regē functur<sup>o</sup> officio, coronat Wētziā Aquisgrani: adhibitis cōsuetis, & nuper a patre Karolo in aurea bulla constitutis, apparatibus. Erāt tum per autumnū grauissimę tēpestates: magnam turriū partem uehementissimus turbo deięcit: euerfa in nemoribus per saltus arborea robora sine numero: preludium id erat in urbe Lubica maioris in populo tempestatis & tumultuationis. Nam populus tum discessit a patribus graui tumultu: qui nisi prudenter anteuersus fuisset, magnum urbi inuexisset incōmodū. Sed eam rem tum exequemur: si, quę fuerit rerum occasio, a nobis prius explicabitur.

FINIT LIBER VII.

INCIPIT LIBER VIII.

Am Lubicensis ciuitas Wandalię totius corona, in eum excreuerat modū, ut & Imperatori desyderium uidēdi creauerit: multis in circuitu ad inuidiam usq; prouecta. Erat autē LXXV. post mille trecētos annus, cum Karolus Imperator omnes Imperij obiens prouincias, Wandaliā quoq; sua cōstituit uisitatione illustrare: Romanorum Imperator: secūdus, qui Lubicā inuiserit: Nam primus, Fridericus, bello infectatus Henricū Leonē, armatus illam obsederat: cum nec sexagesimū a prima fundatione, toties incēdio cōflagrata, impleisset annum: deditaq; accepit, ingressus pacifice: auctis eius urbis insignijs & priuilegijs. Deinde uero Otto. III. filius Hērici Leonis, & si frequenter in Saxonia esset, & usq; in Hamburgū descenderet, Lubicā inuisere non dignatur: q̄ per sua tempora regi Danorū pareret: cum quo illi certa essent fœdera in emulū Imperij Philippū. Amboꝝ autē preuius Lotha



rius qui Imperiū teneret post Henricū .V. ideo adire dissimulauit, q̄ uix prima tum haberet Lubica a Critone Wādalo iacta fundamēta, neq̄ adhuc in memorādis urbibus nomē habebat: nam sub Henrico primū Leone caput extulit, qui nat⁹ erat matre Gertrude, filia Lotharij Imperatoris memorati: auīam quoq̄ habebat filiā Magni ducis, qui ex stirpe Hermani ab Ottone .I. sublimati erat nouissim⁹. Igitur Karolus .III. Romanorū Imperator, Imperialē urbem Lubicam sua dignat⁹ uisitacione, magnificē excipitur: quā rem quia in Saxonia explicuim⁹, nihil est opus iterare. Sed per hoc tempus, quod dicere cœpimus, tumultus grauis secessionē plebis a patribus Lubicæ exoritur. Multas & magnas fecerat senatus pensās, iam crebris expeditionibus per mare per terras, iam suscipiendo pro dignitate Imperatore, æs cōtraxerat alienū nō mediocre. Instituerat ergo ut supra solitā, quā faciūt annuā ciues collectā, per singula ciuiū capita soluerēt una Lubicēsis marca: & ut futuro tēpori prospicerēt, aucta est parumper mensura, quam molētes publicis usibus seruiturā detraxerāt in molendinis. eā rem acerbissimis animis accēpere plebei: presertim artífani, qui manibus quęstum faciunt, aut minutis ex rebus panē conquirūt: euiscerari se quęruntur, sanguinem prius q̄ pecuniā daturi. Concurritur in eadem Diue Katherinæ, fratrū minorū ecclesiā: ibi quantū poterat cōstare inter tumultuantes, omniū postulatio & concors desyderiū erat, impositū onus detrahendum: non se suscipere nouū iugū, ni destituat senatus institutū: nouo sibi consilio opus esse. Incertus multorū, ut sit, clamor, cōuitia & iniurias immiscuit: Sed cum graues se uiri patribus ac plebi interponerent, priusq̄ ad uim & arma current, rem experiri p̄catis statuerunt tractatibus, placuit plebi, priusq̄ discederet, in eam causam congregata, euocari proconsules, & ab illis destitutionem noui oneris p̄scere: si annuant, habere quod optant: sin minus, tum se nouū capturos consiliū. Vocati proconsules, adfuerunt: tum audentior unus ex ceteris, cuius aluerant fiduciam, iubentes pro omnibus loqui ceteri: postulat pro omnibus, iugum quod ante ciues satis importabile ferebant, non aggrauari, nouitatē destitui: satis esse patribus q̄ perpetuo magistratu & imperio quodam fungātur in omnes: non etiā hauriāt plebis uiscera, sudorē extorquentes, alioqui cruorē sequuturū: iam inter omnē plebem cōuenisse, nisi solitis rebus sint cōtenti, nouo sibi opus esse cōsilio. Tum placide proconsules: nihil se nisi pro cōmuni utilitate, immo necessitate urbis cōstituisse, si patiant ciues ratū esse: alioqui scire se nihil inuitis ciuibus aut uelle aut posse: quę in presentiarū de uoluntate ciuiū esse cognouerint, fideliter se relaturos in consiliū: nihil se dubitare senatū boni consulturū: ciuibus suis non reluctaturū: idq̄ se spondēt proconsules mox animiferos, quę responsio emolliuit dissoluitq̄ cōgregatos, abit in sua quisq̄ pacatior: publicū deinde urbis consiliū, ciuium suorū uoluntati concessit: & interiit, magno spiritu & molimine suscepta cōspiratio. II.

Lubica sub  
Henrico Leone  
caput ex  
tulit.

Karolus .III.  
Lubicā ues  
nit.

Cēseni capi  
ta ciuium.

Plebs cōcur  
rit.

Perpetuus  
magistratus  
Lubicæ.

Responsio  
mollis pacat

Cōtrouersia  
de ep̄atu.

Ec erat pacatior res in ecclesiasticis ibi: nam etiam de pontificatu eius ecclesię cœpit esse controuersia. Obierat per id tempus anni LXXVII. Bertramus Lubicensis ecclesię episcopus: & eligit Io-



Denegare de  
tina.

Frater mens  
dicans Epus

Imperatoris  
Secretarius  
eps Lubicen

Arx munitis  
sima obsidet

Compositio  
sup electora  
tu inter Sax  
onig duces

Coitas Lubi  
cen contribuit

Johannes Cleendenst Decan<sup>9</sup>, qui ex itinere in urbē deflexit primū ad Imperarorem in Bohoemiā, ab eo accepturus literas ad Summū pontificē commendatitias: sciebat nunc pontificē Germaniē prelatis super denegatione decimarū auersum, non facile sine Imperatoris nutu ānuere electioni: cūq; ibi esset, audit iam a Summo pōtifice esse prouisum ecclesie, de fratre quodam ordinis predicatorū. Ita tum Romani pontifices electionis arbitrium ad se deuocabant, ecclesijsq; abstulerūt eligendi facultatē. Hoc cum intellexisset uir per omnia modestus, uertit iter retro, non perditurus operā & impensam tanti itineris ad urbē: & frater ille breui post cum literis descendēs ita excipitur, quomodo inter fratres secularis prelatus illis imperatur<sup>9</sup> exciperetur. Sed quid facerent? Apostolicis mādati parendū fuit: cūq; se minus acceptū & clero & populo uidisset, p̄cipue, ut ferunt, cum cerneret urbem non esse de temporali, quod sperabat, episcopi dominio, in patriam aspirabat: prouisionē accipiens de ecclesia Misnensi. Et qm̄ semel in manus Summi pontificis peruenit Lubicensis ecclesia, Papa ad instantiā Imperatoris cedēte Nicolao ordinis predicatorū fratre, prouidit Conrado de Gizenhem, eiusdem Imperatoris secretario: qui ad eam perueniēs ecclesiā die Dñice Ascensionis primā in ecclesia sua pontificalē missam peregit. Arcem Dānenberge per hoc tēpus in solo Wādalico tenuerūt comites, inde titulum mutuantes per suā successionē: quorū interitu recidere uidebat feudū ad proximū principatū uel marchionis, uel ducis Luneburgensis: occupauerāt autē militares, qui uel emptionis, uel aliū quēuis coloratū titulū p̄ferrent. Sed cum ad Imperatorē Karolū res esset perlata, alijsq; uis ad iusticiā, qui occupauere, pertrahi nō possent, eratq; fama, latrocinātib<sup>9</sup> publico itinere inde fauorē ostēdi, indicta est ab Imperatore uicinis principibus expeditio militaris, ut munitissimā arcem obsidentes oppugnarēt: aderant cum expeditis hi principes Albertus de Luneburgo & Saxonia dux, Rodolphus de superiori Saxonia, Werzlaus de Wolgasto & Ericus inferioris Saxonię duces, ipsi quoq; Lubicenses Imperatoris iussu DC. eduxere armatos cum bellico apparatu ad oppugnationē, quem tum habebāt multis principibus opulentiorē: nec poterat diu arx obsistere tātis uiribus: uenere in deditiōnē, qui tenuerunt: Imperator ipsam arcem cōsignauit Luneburgensi duci, cui etiam hodie paret. Interim concessit in Tagermūde Karolus: ibi in conspectu memoratorū principū disceptātes super electoria dignitate, Rodolphū & Ericum Saxonię duces, ita cōposuit, posteaq; rem omnis controuersię ad planū audiuit, ut alternis eligerēt uicibus, nunchic nunc alter, titulūq; haberent cōmunē: & durauit ea cōpositio ad tempora usq; Sigismūdi: qui uacantē superioris Saxonię principatū, dedit nepoti suo Friderico Misnēsi marchioni, exclusis inferioris Saxonię ducib<sup>9</sup>. Sed illi a quęstione necdū quieuerūt: quod suis locis cōmemorabit. Quo tempore cū in urbe Lubica necdū esset abolita memoria cōtrouersię superiori anno inite: Cōmunitas ipsa nouū inijt cōsiliū: nam cōtributione facta per fraternitates & societates officiorū, solennes ac splendidas instituere epulas in domo spaciosa ad forū carbonariū, senatūq; omnē ad epulas inuitatum



humanissime exceperunt: ut omnis amaritudo de cordibus stirpitus & funditus euellatur.

CA. III.

Letuani per eam etatē, fratribus Teutonicę domus per Prussia collu-  
 I etati, magnis copijs hostilem terram ingressi uastant, diripiunt, ce-  
 dunt, incendunt. Non erat ea uis fratribus, ut egressi, hostibus se obij-  
 cerent. Arcē precipuā Sithen obsiderāt, breuicę expugnauere hostes. Hinc  
 mouentes Munsterberg cōtenderunt: obuia cuncta sternentes: magnā ex  
 hominibus pecoribusque prędam abigentes in sua redierunt. Anno qui pro-  
 ximus erat, fratres quāta poterant manu, undecunq; cōtractis auxilijs, du-  
 xerunt in hostem. Regem tum habuere Letuani Allegertū, uirū industri-  
 um, & qui ingenio potius quę uiribus pugnandum arbitraretur. Vidit ille  
 magnā hostium manum: perpendit si ad cōgressum perueniatur, non sine  
 magna strage rem dirimi. Occurrēdū putabat, si posset, dolo treugas sub-  
 missis oratoribus postulauit: ostendens inter alia, se nō habere animos alie-  
 nos Christianismo: facie credidere fratres Teutonici, quod uerę esse cupiebāt  
 Cōcessere inducias treugarę. Quo tempore simulās rex se de legibus pacis  
 acturū, inuitat Preceptores, fide publica interposita, in tētoriu: ut apud se  
 epulentur. Non detractant illi, sperantes sine sanguine rem omnem trāsi-  
 gere. Incertū si interim obsides acceperint, dū apud hostē epulant. Magna  
 fides Teutonici generis: Italici ne inter amicos securi sunt ad epulas. Dum  
 illi sedent ad mensam, rex iam submisit ualidam suorum manum: quę interci-  
 peret omnem hostium cōmeatum. Id fiebat sedulo, cęsis qui ad custodiam  
 erant deputati, Venerat qui sedentibus ad mensam fratribus nūciaret, treu-  
 gas esse ruptas a Letuanis. Rex irā in suos pretendit: hoc se nec iussisse nec  
 ratum habere: Proinde in malam rem prouenire uiolatoribus suā temerita-  
 tem. & fratres illusi, interceptis omnibus cōmeatibus & esculētis, cum ro-  
 bore reducunt exercitum: frustrati magnis in eam expeditionem impensis.  
 Venerat eodem dux Austrię Fridericus cū expedito suorum agmine. Duo  
 milia ductabat in armis, ut fratribus auxilio esset ad subigendam perfidā  
 Letuanorum gentem. Aucti illis copijs fratres aliasque auxiliares uires accē-  
 perant: Suos quoque perarmātes & fratres suos de Liuania euocātes, ducunt  
 in hosticā terrā. Grogil Pastow opidorum sunt nomina, ad quę tum est de-  
 pugnatū. Elicuere barbaros in aciem, & cōgressi magnā eorum multitudi-  
 nem prostrauerunt, uindicantes proximam illusionē, pene ad internecionē  
 cęsi sunt, qui tum se illis in aciem opposuerunt. cęterum pręda onusti re-  
 deunt in sua.

CA. III.

Olonię per ea tempora pręfuit dux, quę album cognominauere:  
 p pro eo quod pridem candidā ordinis Teutonici uestem suscepisset.  
 Sed quā principatus omnibus regni sanguinis uiris morte subtra-  
 ctis ad eum deuolutus est, rediit ad seculū: non inuitis fratribus, si forte tātā  
 ditionē ordini suo supponeret. Sed ille cum Vngarorum rege pactū inijt, ut  
 acceptis in pręsens duodecim aureorum milibus, & annuis mille, ordinē, quę  
 dimiserat, sponte recipet. Idque cū omni ex parte placuisset: dimisso tā magno  
 principatu religionē regno preposuit. Nō destitere interim fratres Teuto

D i

Letuani in  
prussiam.Allegertus rex  
letuanorumRex simulas  
tor.Magna fides  
prandere cum  
hoste.Fratres ad  
ptus cōmea-  
tus.Victores fra-  
tres Teuto-  
nici.Fratres ordi-  
nis Teuton-  
icorum Dux  
Polonię.



**Auxiliares  
copiæ.** nice domus per Prussiam, Letuanis Christi hostibus ire obuiam, quoties  
auxiliū aliquod affulsit ab exteris Christianis. Aderant tunc cum expedi-  
tis copijs Florētius, dux Lotharingie, & ex Italia nepos Urbani pontificis  
pro remedio peccatorū suorū aduersus infideles arma moturi: cum quibus  
memorati fratres expeditionē ingressi, terram hostilem petierunt. Letuani  
proceres cum agminibus suis auli obuiam ire se in campū cōtulerunt, pu-  
gne sortē experturi. Collatis ergo acieb⁹, cōflixerūt duro prelio: sed affu-  
it Christianis desursum auxiliū: ut profligatis hostibus, ad octingētos ex-  
nobilibus habuere captiuos. Qua elati uictoria exercitū uastationibus oc-  
cuparunt: & multis ex aduerso cōsurgentibus celsis, ingēti preda onusti, uic-  
torem in tūta reduxerūt exercitum. Captiuos autē, qui nō Christianismū  
sponte subirent, quia non est legis nostre, inuitus ut quis cōuertatur, acce-  
pta pecunia relaxarūt. Quo tēpore cū ageret .LXXVIII. post mille trecē-  
tos annus, mercatores orientaliū (ut uocant Flādrēses) ciuitatū: hoc est no-  
strarum, qui illis sumus orientales urbiū, Bruggis male habiti in captiuita-  
tem pertrahuntur (lapidem uocant carcerem publicū) Comes Flādrīe Wil-  
helm⁹ cum suis assisteret, grauis imminebat mercatorib⁹. Querimonia fu-  
it de priuilegijs ab olim cōcessis, quibus exteri mercatores inuitati, ad per-  
quirendas eas terras uenerant. Et quoniā in uim cōtractus iam ille uidebā-  
tur, irreuocabiliter deberi mercatorib⁹ asserebāt. Lōge inde altercationes  
multę ambages sequētib⁹ annis uix enodate. Ferūt tum Gandenses cōtra  
morem suū propensiores fuisse mercatorib⁹ orientalibus. Venerant pro-  
ximo tempore Flādrēsiū nunciū in urbem Lubicā, cōtrouersiam illā di-  
rempturi. Aderant ceterarū oratores urbium. Pretenderāt Flādrēses in  
sui purgationē, non esse suū hoc factum quod acciderat: sed comitis māda-  
tum, cui parere habebāt necesse: ostensis literis eiusdem comitis. Sed cum  
multa ultro citroq; dicta essent, in utranq; partem: ille fuit exit⁹ ut ipse ur-  
bes, missis quattuor ex suo ordine primarijs uiris, de Lubica, de Turrena  
Prussie, de Tremonia, ab Hamburgo, singulo de loco procōsule uno, ren-  
omnem pro dignitate terminarent. Venerant in opidum Bruggense, stir-  
pitus cōplanarūt, que erāt in questione, restitutis mercatorib⁹ ad usum &  
possessionem antiq; sue libertatis.

CA. V.

**Mercatorib⁹  
restituitur lis  
libertas.** Libertus per ea tempora dux prim⁹ Magnopolēsis, princeps insi-  
gnis, & uictoriosus, iam grauis annis, cum intelligeret adesse finē  
uitæ, uocatis filijs Hērico atq; Magno, nam Albertus tertius: iam  
rex in Suecia rem gerebat. Videtis inquit filij, cursum meum satis laborio-  
sum, per multa ego bella, pacem uobis cōquisiui a uicinis principibus, uos  
partā seruate, iusticiam ad omnes implete, que sit uobis pro muro: itinera  
publica (quod in uobis est) secreta sint: urbium uicinarū intelligentiā ne cō-  
temnatis: Nam subditę parebūt ad equa omnia, facile hostiū eritis uictō-  
res: si cupiditatē, ambitionē, & cetera in uobis uitia uisceritis. Morte patris  
insequuta, Henric⁹ senior gubernacula subit: princeps memorabilis, pater-  
nē uirtutis imitator strenu⁹. Quo tēpore in urbe Lubica excitato incēdio  
stabulum iumentorū publicorū cum omnib⁹ inclusis equis conflagrauit.

**Dux mori-  
turus docet  
filios.**

**Lubicę stas  
bulū flagrat.**



Haburgenses tum ad ostiū Albi fluminis, ppter nauigātes excitarūt turrim, ut signū esset de mari querebūt portū: sed tum ex eorū negligētia qui inerāt cōflagrauit. Quo periculo cōmonefacti, totam fecere lateritiā, ne tā facile cibus igni daretur. Cōmunitas tum etiam Lubicēsis memor, q̄ proxima impressione ad arbitriū suū essent destituta, quę senat⁹ cōstituisset: nō nulla iam susceperāt capita quę a cōsultatu simili more impetrare, aut etiā extorquere, constituerant. Primipilarij erant mechanici artificiani, & in primis lanij: qui distrahendis in urbe carnib⁹ ad cibū, quęstum faciunt. Mercatores urbis, & primarij ciues familiarę, stabāt ad causam mediij inter senatū & plebē. cōuenerāt in ædem, ut ante, diuę Katherine: Ibi ad unā partem stabat cōsiliū ciuitatis publicum: ad alterā plebs ex mechanicis, quos uel artificianos uel manuales uocant: utrorumq̄ mediij ibant primores urbis ciues, qui rebus ad mediū reductis in certa capita deduxerunt placita plebis, annueratq̄ senatus, cesseratq̄ ciuium uolūtati. Sed in eo fuit controversia, q̄ cōmune literis, ad perpetuam rei memoriam, sigillo publici cōsiliij roboratis, rem firmari uoluit. Senatui satis est uisum, inscribi, ad memorialem librum ciuitatis: idq̄ prompte pollicetur. Sed cum uulgus grauius urgeret literas exposcens: senatus non expedire ratus ad omnē plebis cōcedere libidinē, in cōtrouersia res permansit. Armātur mechanici tumultum & impetum facturi: mercatores quoq̄, cū primorib⁹ urbis oportunis quatuor in urbe domib⁹, armati, secreti⁹ cōuenerant: staturi pro senatu si quis se cōmouisset. Qua ex re repressi mechanici nihil intenterunt. Sed ad tractatus denuo reditur. Tum graui⁹ increpitū uulgus a maioribus ciuib⁹ dimisit animos: ubi uidit pro senatu stare inter ciues prestāiores: redijtq̄ res ad priora capita, quę memoriali ciuitatis libro, ad perpetuā rei memoriam, inscriberent. Tum uero lanij qui coeteram plebem cōcitauere, iubētur humiliati poscere ueniam a publico cōsilio. In pœnam cōstituitur ad publicā utilitatem, uiginti equites, quoties iubeantur, expediant: idq̄ non onerosum illis, cum alias equitem quisq̄ ministrum domi alat: qui per uicinia loca bobus & agnis importandis inuigilet.

## CA. VI.

Entzlaus Bohemię regem, per ea tempora, Romanū etiā regnū sustinuit principē, non presidentē, sed desidentē: & qui ut dixim⁹ magno cōstitit Romano Imperio, propter illū distracto Imperij patrimonio. Chare nimiū emptus etiam optimus princeps poterat uideri. Nunc uero ignauū pecus, ne inter homines, minime principes & reges numerandū: cui⁹ tot sunt fœda facinora, quot clarissimorū omnium possunt numerari uirtutes. Scelestissimorū hominū probauit consortia: uilissimos habuit in delicijs, ferūt (quod dictu quoq̄ nephas est) couiugē propriā, in lupanar iussisse prostituui: optimā uero fœminam flagicia mariti execrantē cum se alias in libertatem uendicare nō posset, inedia sibi finē fecisse uiuendi. Interim publici Prage gymnasiij cōtrouersia neglexit cōtempstq̄: Homicidia in urbe non uindicauit. Grauiſſimam Bohemorū suorum & Germanorum letalem dissensionem dissimulauit: unde ortum est initium exorandi scismatis Hussitani, sepe cum cerneretur ab omnib⁹ non solū inuti-

D ij

Signū ad ostiū Albi.

Mechanici in Senatū,

Senat⁹ cedit ciuiū uoluntati.

Cōcurritur ad arma.

Vulgus increparur.

Lanij petūte ueniam.

Wentzlaus rex nō p̄sides

Scelera regis Wentzlaui.

Fuit occasio scete Hussit.



Vomitur cōtra uenentū

Deficiunt Cardd. ab Urbano.

Secta flagellantiū creuit

Cōtinuatur bellū in Letuanos.

Multitudo uermium.

Veneti huius miliari.

Præliū inter Barbaros memorādū.

Victores uincuntur.

Cōuentus urbium.

lis, sed etiam dānosus regnis & Bohæmiæ & Romanorū, a zelosis uiris tentatus est ueneno: sed ille semper superauit ueneficia uomitus beneficio. Immanis illa belua perire non potuit: ubi alij in quibus momēti aliquid uideretur multi perijissent. Sed seruatū est pecus hoc ad perniciem multorū capitum, immo animarū. Quo tempore a Summo pontifice Urbano .VI. defecerunt Cardinales, tyrannide eius cōspecta mirabili, & q̄ per impressionem Romanorū creatus diceretur: unde nouum & magnum ac diuturnū in ecclesia cōsciscitur scisma. Miserabilis tum Christianismi status, q̄n neq̄ in ecclesia neq̄ in Imperio esset, qui catholicæ paci, & reipublicæ Christianæ studeret. Hoc etiā tēpore flagellantiū secta de qua superiori libro dixim⁹ increuit (quod enim malū non augetur sub talibus Christianismi capitibus) & per oriētālē Fræciā diffusa multiplicabatur. Sed erat tum in Germania cardinalis de latere legat⁹, qui omnes ei⁹ sectæ fautores, nutritores, defensores, mucrone feriit ecclesiæ, cōtemnētes & nihilpēdentes. VII.

Onradus magister dom⁹ Teutonice in Prussia, bellū diu ante cōceptū in perfidos Letuanos perseueranter egit: factaq̄ expeditione ualida, in terram hostilem expugnauit arcem non cōtemnendam Anenpil: inq̄ ea quadringētos presidio impositos cœpit, secūq̄ abduxit. Inde progressus cum agmine, proximū fortalitiū defensorib⁹ uacūū reperit. Nam uiso hostili agmine diffisi suæ munitioni, nō putabāt expectandum. Incēsum ergo ipsi poti⁹ q̄ hostes equauerūt solo: Ita per multā eius regionis prouinciā, uictorem circūducens exercitum, nullā expert⁹ est aciē ascendere ex aduerso. Magna tum erat & inaudita uermiū in aere multitudo: adeo ut muscæ, cinifes, bruci, & id genus noxiorū uolatiū operiret intercluderetq̄ solē, ne ad nos dimitteret radios. Magna sequuta est, q̄d necesse fuit ex putredine, aere corrupto, mortalitas. Ludouicus rex Vngariæ tūc aduocās Lupoldū ducē Austriæ, & in suppetijs habēs Genuēses, perpulit Venetiā urbē ut imperata faceret: ut quātum exposceret, illi es numerent, multa cētena milia aureorū. Perpulit, ut mutatā sigillī inscriptionē qua se dominos maris iactiarēt in reliquū preferret: Marchiā darēt Teruisanā Austriæ duci. Credo hoc in annalibus Venetorum nō legi: q̄ ea, quæ superbo populo ad ignominiam sunt, silentio pretereunt, damnantq̄ fastis. Nam omnia aut in gloriam suam obuertunt, aut si non possunt, iurent silentio premi. Quo etiā tēpore, inter Russos & Tartaros, maximū a memoria hominū habitū est præliū, in loco qui dicitur Flawasser: ut solent ambę nationes magnis agminibus, non stantes, pugnare: sed incurrentes iaculari & ferire mox retrocedere. Ferunt ducēta mortaliū milia eo cōcidisse prælio. Russi tñ uictores prædam non paruā abduxere in pecoribus nam reliquā pene nulla possident. Nec tñ diu letati sunt ea uictoria Russi. Nam Tartari Letuauis in societatem accitis, sequuti Russos, iam redueces, & prædam, quā amiserāt, retulerunt: & magnā in Russos stragem pergerūt. Erat aut̄ annus. LXXXI. post mille trecētos a Christo nato. Quo etiam tempore in Lubica cœtus agebatur & cōuentus urbium omnium de societate, quā Hansam dixerunt: Ibi Brunswickenses, jam per annos octo ab



ea societate disclusi, nec in ulla mercatorum societate, a cōmunionē int<sup>o</sup> uel foris admissi, cum recōciliari poscerent de seuiſſima tumultuatione, in qua senatus sui partē occiderāt, partē eiēcerant urbe, publicā pœnitentiā & satisfactionē peregerunt. Qui ad hoc cōmunitatis nomine missi sunt iussa fecere, hac formula. Nudis pedib<sup>o</sup>, nudo capite cereos de ecclesia beatę Marię in prætoriū publice cunctis spectantibus detulere; & genibus nixi, ueniā suę cōitatis noīe postularūt, & meruerūt. ex quo tpre denuo admissi sunt in cōiōnē Hanſę, hoc est, ad participationē priuilegiōrū quę in quatuor emporiis, in Flandria, Bruggis; in Angliā, Londoniis; in Norwagia, Bergis; in Russia Nouguardię permissa sunt olim mercatoribus, ab retro principibus & terrarū gubernatorib<sup>o</sup>, uniuerſis ei<sup>o</sup> cōiōnis participib<sup>o</sup>. VIII.

Iuonia per eam tempeſtatem iam ecclesijs insignita, tum passa est quod solent locupletes iam uacuatę sedes; ut de successore contentatur. Tarbatensis ecclesia tum uacabat: ad quam canonici de suo gremio elegerāt Iohānē Damerow: quę cōfirmavit Romę Urban<sup>o</sup>. VI. sed fratres ordinis Teutonicorū cū cōtēderēt illā quoq; ecclesiā sub candidū uocare palliū, amplificādis rebus suis, pcurarūt: ut Clemēs. VI. in Francia cōmoratus Auinione, magno illo scismate quendā Iohannē Hebet præficeret ecclesię memoratę: eumq; fratres cum literis uenientē, per arma imposuere arcibus ecclesię, ut uiribus eorum prouectus, in ecclesiam non cunctaretur sacri ordinis subire communionem: Aliquandiu conflictatum est, super ea re, sed nihil profecerūt. Cōtendūt iam dudū Teutonicę dom<sup>o</sup> fratres, omnes si fieri potest episcopat<sup>o</sup> terrę, ordini suo inferere. Iam archiepiscopatum Rigensem cōplexi sunt, & Curoniensem, de Osiliensi & Tarbatensi & Reualiensī, sæpe frustra tentauerunt. Illa tamen ætate Rigensis archiepiscopus necdum erat inescatus: nam illi<sup>o</sup> ope ac uiribus, exactus est cliens ordinis memorat<sup>o</sup>. Ploskaw urbs est Letuanie nō longinqua Liuanie quę tum in id superbię excreuerat, ut principem suū Sirgallū multis in urbe cōtumelijs affectum: iumēto per cōtumeliā impositum urbe eiēcerent: imprecatione terribili facta si unq; rediret. Ille contumeliā irrogatam questus, amicis in circuitu, & omnium iudicio reprimenda uidebatur ciuium cōtumaciā. Igitur Sirgallus Russorum, Liuanūq; armis cōtractis urbē memoratā obsidione premebat. Aderat magister fratrum Teutonicorū per Liuaniam, huic obsidioni: secreto ab intus ad illum missio nūcio, ciues se illi permisere, si tueretur: Ille ut bonū uirū decebat, hoc respōdit Non esse integritatis suę, illum in castris deserere propter quem in arma uenisset. Igitur frustrati ciues obsidionē fortiter pertulere, nec potuit tum capi urbs memorata, rebus infectis cum nullus fructus speraretur, soluta est obsidio, in aliud tempus ultione dilata. Obierat per id tēpus Hēricus Magnopolensis dux, Alberti primi ducis filius, princeps optimo ad iusticiam zelo: qui tāto infectat<sup>o</sup> est odio publicorū itinerū latrones, ut nulli deferēs nobilitati, quotquot eius culpe deprehendit affines, nulli<sup>o</sup> uſus ministerio, nec expectata ad expurgandā conscientiā oportunitate: dictitans, ut apud Deū pœniteat, meliori nūc moritur<sup>o</sup> exitu, q̄ si in cōſlictu a mercatoribus

Pœnitentiā publica p̄ Brūiſuicem.

Restitutio ad hanſam.

Cōtrouersia de ecclia Tarbatensi.

Qui ep̄atus in Liuania regulares.

Contumelia fit principi.

Magna integritas uiri.

Princeps in latrones. fœuerus.



Princeps alligavit iugulandos.

Mulier regni auida

Principes peregrinantur.

Letuania atrita.

Mulier iuida

Vitoldus cum Christianis.

Ville opidum expugnata.

Arx Trackem deditur.

Episcopus ex ducibus toxicatus.

celus perisset: ipse suis manibus alligavit iugulandos: unde improbi ducto cognomine, ducē illū iugulatorē, siue suspēsores appellauere. quod illi in contumeliā, boni omnes, ei uerterunt in gloriā. Successit in principatu frater Magnus. Reliquit Henricus ex filia regis Danorū Waldemari, cōiuge filium Albertū, bonū principē & regno dignū: nisi Margareta, altera eius regis filia, relicta regis Norwagię, iam uidua, regnādi auida, Albertū exclusisset. Sed neq; diu erat in reb<sup>9</sup> humanis Albertus. Magnus uero Henrici & Alberti regis germanus, fratri morienti succedens in ditione, ex uxore, quę fuit soror principū de Rugia & Wolgasto, sustulit filiū Iohannē, spem generis. Nam ex eo sunt moderni principes, per Henricū Iohānis filium. Magnus autē cum Alberto de Luneburgo duce, profect<sup>9</sup> deuotionis gratia Aquisgranū, cum inde rediret, febre correptus rebus excessit, ad annum Christi LXXXV. post mille trecentos. CA. VIII.

Um per id temporis Letuania, magnis & multis afflictā cladib<sup>9</sup> & damnis attrita satis uideret, inflexa ad suscipiendū populariter Christi sacrum baptismā: ut malis, quę patereēt finem faceret: idq; reges fratres Iagail & Stirgail missis nuncijs ostendissent, designato loco in insula Kirsemil: Cōradus fratrum ordinis Teutonici Magister, uerū credēs, quod cupierat, quodq; euidētibus signis persuadere sibi poterat: expedito tñ in omnē euentū suorū agmine, coassumptis duobus episcopis qui rem sacram facerēt, in locū contēdit cōstitutū: ubi prestolat<sup>9</sup> triduo, cum ad prefinitum tēpus nemo adesset, suspicari cœpit, quod res erat, dolos sibi machinari, & strui insidias: quarū insimulabat matrē regum memoratorū: mulierem origine Russam: quę inuideret Teutonicis, q̄ imponerēt iugū filijs suis: idq; compertū iam pene habēs euidētissimis argumētis Magister memoratus, redijt in Prussiā: & nouis copijs undecūq; adauctis, fretus etiam auxilio Vitoldi, uni<sup>9</sup> ex primorib<sup>9</sup> Letuanorū: cui<sup>9</sup> patrē Kinstotū memorati reges perdiderūt: quo capite hostibus regū fratribus dom<sup>9</sup> Teutonice per Prussiā se coniūxit: necē patris perinde uindicatur<sup>9</sup>. duxerūtq; primum coniūctis armis in arcē & opidū Trackem: quibus non difficile expugnatis: eiectionib<sup>9</sup>, & partim celsis, qui inerant, imposuere suorū, quod satis putabāt presidijū: inde profectus cum agmine suo Vitold<sup>9</sup>, obsidione cinxit opidū Ville: quod non difficulter expugnātū, diripuit incenditq;: magnam inde hominū pecorūq; uim abducens. Cum autē ille exercitū iam in sua reduxisset, Letuani reges adunatis uirib<sup>9</sup> arcē Trackem recepturi, cingunt obsidione: tāq; duris insultibus perurgebant custodes qui defendebant, nisi incendio uel fame perire mallēt, deditiōnē facere cogerent: pactis uestibus & incolumitate corporū: quibus abeuntibus, arcē reges recipiūt. Prima uero nocte conuassatis muris per crebrā oppugnationē, & eneruatis uiribus per tonitrua bombardarū omnia corruerūt: oppressis aliquāto pluribus ex Letuanis, q̄ esset numerus abcedentiū. Eodē tempore Melchior dux Brunswicēsis, frater Ottonis Neapolitani regis, ex Trāsiluanis ducibus, episcopus factus Zwerinēsis, toxico periit fraude suorū, medoni quē ille cupide in opido Rostock biberat, mala uenena miscuere. Ille ubi



male sibi sensit ex potu, pfect<sup>o</sup> in Butzow, arcē ecclesie, rcepit cruciatibus magis ac magis distorqueri. Cernēs autē fraga uenalia ad opidū suū, quod ignorabat ille: addito ueneno facerent ipsum furere, iussit cōparari: & absumptis ad refrigeriū magna uī fructib<sup>9</sup> illis, adeo intumuit, ut uentrē uix uestes cōtinerent: crepuitq; spiritū efflans. Hic fuit exit<sup>9</sup> nobilis uiri, inter pontifices nō cōtemnendē religionis. Per quod etiā tempus in urbe Vratislauia Slesig primaria, seuiēte populo, & a clero extorquēte, quod ille, nec deberet, nec uellet prestare, nec posset, nisi summo pontifice cōsulto persolueret, urbe eijcit: cōsentiēte, & omnia in peruersum authorisante ignauissimi rege Wētzlao, omnia tum cleri bona sunt confiscata. Ad quē tum refugeret oppressus clerus? Romana ecclesia uacillabat, errabatq; inter duos pontifices: Romanorū rex tum author uidebatur & caput omniū malorum: nō erat opus alia tum re q̄ patientia.

Mors miserā  
da.

Bona cleri  
Vratislauici  
cōfiscata.

## CA. X.

Igismundus & ipse filius Karoli. III. Marchiā Brandenburgensem a patre, qui illā ab nouissimo Ottone, quod in Saxonia diximus, comparauit: non magno accepit. Sed moriēte per hęc tempora Ludouico Vngarię rege deuotissimo, cum filias tm̄ duas relinqueret, & nullū marem heredē, Sigismundo permisit primā coniugio: eumq; post se designauit Vngarię regem. Sed maximo interim labore, cruentisq; prelijs ad eam possidendā peruenit. Obiecerāt se ex regni proceribus non pauci, dedignati Bohemū regē: euocarūtq; Italia Karolū Neapolitanū cui scepra deferebant: sed Sigismūdus inuictō per omnia animo, hostibus colluctat: peruicitq; ut regē illū suū, Vngari agnoscerēt: sed ea res tantū laboris & impēsarū habuit, ut cogeret Marchiā Brandenburgēsem Ludoco Marchioni Morauie, propinquo suo in pignus & hypothecā, pro accepta ab illo grandi pecunia, tradere: apud quē memoratus principatus aliquādiu permanit. Hadewegis erat altera regis Vngarię Ludouici filia, quā pater ante desponderat Wilhelmo Lupoldi ducis Austrię filio: dos erat Polonia: q̄ id quoq; regnū erat in manib<sup>9</sup> Ludouici regis: coemptū, ut diximus, auro ab duce Candido: qui sacrū Diuę Marię ordinē anteposuit scepro. Erat in Polonia Wilhelmus aliquādiu se pro rege gerens: priusq; in thorū acciperet puellam memoratā. Non sunt passi Poloni, Teutonici generis hominē sibi regem: pulsumq; pariter speratis nuptijs priuaere: circūspicientes autē, aliū sibi regem, futurū puellę maritū, inuenere. Erat ex regulis Letuanie Jagail maior natu duorū fratrum, expers Christianę religionis: hunc cum uirū strenuū, & iusti tenacē agnoscerēt, fecere illi conditionē, si uellet sacrū subire baptismum cum religione Christi, & regnū illi, & sponsam regiā obtulere. Ille non diu cunctatus, magnas accepit conditiones: baptisatus in ecclesia Cracouiensi, nomē accepit Boleslai: quod in ea gente uetus, celebre, & regiū erat. Ita factū est, ut cum rege suo magna Letuanie pars ad Christianismū perueniret: inuitata præmijs, quæ nullis antea potuit impelli armis.

Ludouicus  
Vngarię rex  
obijt.

Karolus Neapolitanus.

Marchia in  
pignus.

Polonia in  
dotem.

Poloni resus-  
tant regem  
Teutonicū.

Nouicius in  
fide fit rex.

## CA. XI.

**I**n Liuania per idem tempus grauiter tumultuatū est, cum Canonici ecclesie Osiliensis, Henricū episcopum suū caperent: captūq;

D iij



Osiliens. epi  
carceratur.

Vitoldus.

Arx capitur  
dolo.

Vitoldus cas  
patus.

Cursus in  
Willenaco.

Reuelatio fa  
cta pbro.

Trina hos  
tia in unā.

Populi accu  
runt.

Cōtradiçtio  
inter docto  
res.

teneret in Hapsel; cūq; non satis fideret arci, propter uim archiepiscopi Ri  
gensis, quē timebant, transmissio mari in insulā Osiliam eū arci inibi eccle  
się Arniborg uinctū incluserunt. Captus aut̄ ideo perhibet, q̄ ecclesiam  
in manus ordinis perducere conatus crederetur: nec diu post repertus est  
mortuus in latrina: incertū iniectus ab aliquo, an ipse euadere claustra con  
nitus in eam sponte descendēs, perierit: exitus pontifici ante incompertus.  
Quo tēpore in Letuania Vitoldus Kinstoti filius, cum in arce opidi Ville  
cōmaneret: de patre suo, quē emuli captū occiderunt in carcere, uindictam  
meditatus, preuenitur ab opidanis: qui magis inclinarent fratribus regu  
lis hostibus eius, qui filij essent Aligerti fratris Kinstoti: nam collecti ci  
ues, stratagema excogitarūt: specie pretenta, quasi furem confugientē in ar  
cem insectarentur: arcē perinde occuparūt: trucidatis qui cum Vitoldo in  
erant: ipso uix periculū effugiente, captā uero arcē memoratis regulis Vi  
toldi fratruelibus, in quos erant propensiores, consignerūt. Vitoldus aut̄,  
patrios circuiens amicos, auxiliū implorabat: cōtraxitq; eam multitudinē,  
ut iam fideret fratruelibus suis aciem obiectare: Illi aut̄ cum in castris suis  
iam Christiani, haberent fratres dom<sup>o</sup> Teutonice de Liuania, & ciues Vil  
le, multosq; preterea auxiliares, manus cum Vitoldo cōtulerūt: & cesis  
in medio plurimis, ipsum in prelio cœpere Vitoldū: carceri in quo finierat  
pater eius mācipantes: de quo post aliquāta tempora pactis cōditionibus  
laxatur. Hoc est aut̄ illud tempus anni, LXXXIII, post mille trecentos,  
quo cursus ille in Willenacū opidū Prignisse Wādalico in solo cœpit per  
eam occasionē uulgari. Erāt nōnulli ea regione habitātib<sup>o</sup>, uel hostes uel  
latrūculi, incertū enim reliquerūt qui signarūt ānales: qui incēsa uilla Wil  
senaco, ecclesiā pariter in cineres redegerūt. Sacerdos cum ad proximā uil  
lam confugisset: essetq; noctu in strato: audisse fertur uocē. Surge prepara  
ra te sacris ministerijs: dicturus missam in altari exuste nuper ecclesie, pri  
mam uocem arbitratus ludificationē, cōtempnit: repetita secundo, repetita  
quoq; tertio: nec potuit negligere ita firmatā denūciationē. Surgit, & ex  
more soluto labiorū penso, ad ecclesie locū proficiscitur. Stabat altare post  
incendiū: duo ibi cerei ex latere utroq; in medio mundā uidit sindonem,  
in q; ea trinā hostiam, quē uidebatur in unā coaluisse: eamq; cruentā. Stupe  
factus rei nouitate, unde hostie cruenta post incendiū, reuerenter inclinās,  
& componēs quomō poterat, concito petit loci antistitē Huelbergēsem:  
quid audierit, & deinde quid uiderit, enarrat. Miratus & ille, proficiscitur  
cum clero: uidet, miratur: cuncta percunctatur. ubi preter diuinū miracu  
lum nihil uidet, recondit hostiā chrystallo: & uicinis primū locis, inde res  
motioribus Dei mirabilia nunciantur. accurrūt undecūq; populi, ab usq;  
Vngaria, Frācia, Anglia, Scotia, Dania, Suecia, Norwagia. Multa fertur  
renouasse Christus Dñs in reuelatione corporis sacri, sub altaris uelamen  
to mirabilia: sed, ut fit, uanitate partim populi, accedente auaricia cleri, fa  
cta & infecta nunciantur. Fuere aliqñ doctorū super ea re cōtradiçtiones.  
scripsere nōnulli quid uideretur: sed populus semel incalescens, aut deuoti  
one, aut superstitione, non facile reuocatur: nisi q̄ clarescēte nuper in Ster



neberg miraculo, curfus prior elanguit: quous non omnino interierit. Tum etiam monasterium Præmōstratēsiū Sacre uallis in opidū Luneburgū trāsstatum est: ubi manet usq; hodie.

CA. XII.

Translatio  
Monasterii.

Agnus dux Magnopolēsis Alberti filius, ea tēpestate rebus preerat in ducatu suo: princeps uiuacis ingenij, & qui non pateretur aut dissimularet ullā iniurię etiā significationē, non modo irrogationem, multos ipse preuenerat male sibi cupientes: unde factum est, ut neq; subditis populis, neq; uicinis principibus satis charus esset: cuius tñ temporibus nihil memorabile peractū, referūt annales, non malum hercle signū, neq; obscurū de uirtutē principis testimoniū: qui trāquillitatē temporum suorū promereretur, neq; enim fieri poterat, ut inquieto sub principe, quiet⁹ esset rerū status, sed ille non diu rebus preuit: paucis exitū eius cōplorātib⁹: herebat enim mētibus omniū memoria fratris Hērici, & patris amborū Alberti: que collata Magno, min⁹ illū fecit esse spectabilem. Successitq; principatui Albert⁹, fili⁹ Hērici: ei⁹, quē cognominauere suspēsores, nam alius interim Albert⁹ in Suecia tum maxime rebus floruit: & Magnus filiū reliquit Iohannē. Frat aut. LXXXV. post mille trecentos annus: cum ciues Lubicensēs memores paternę uirtutis, ad hunc Albertū mirifice afficerent: intelligentiā precipuā fouentes ad illū, ad persequēdos publicorū itinere uastatores. Inierāt fœdus una expeditione: iūctis Wisnariensium, Rostockensiuq; opidanorū, armis: latibula furū, & quos affines culpe cognouerāt, subruentes: euerterūtq; hec tum in terris presidia Stortzow, Gemetow, Prensberg, Trutzem, Redem: his enim locis erant receptacula piscatiū publicis itineribus: quas munitiones tum memorati principis auxilio, urbiū dictarū emissarij subuerterūt, ac solo coequarunt. Sed nunq̄ poterant tam acerbis odijs a quouis insectari, ut stirpit⁹ euellerent: hoc cœlū hoc terra suggerit: alioqui nisi natiuū esset gēti uitiū, multis diu colluctationibus principum esset eradicatum: gigantibus confligit, qui aduersus naturam decertat.

CA. XIII.

Iustus princeps  
habetur odio.

Lubicenē me-  
mores uirtu-  
tis defunctis

Latibula las-  
tronum sub-  
uertuntur.

Cōflictus in  
gigantes.

Igismūdus rex Vngarię, Karoli Imperatoris filius, de regno plurimum laborabat: nam Elisabet Bosnę regis filia, relicta Ludouici socrus Sigismūdi, ac ipsa eius coniūx Maria, in Sigismūdū initio conspirarūt: & regno Vngarię extruserunt: cum magna illis procerū pars inhereret. & aduersus illum implorarūt Karolū de Italia regem Neapolitanum, legitimū sanguinis successorem. Is erat defuncti regis Ludouici ex fratre nepos. Illum ergo sibi regē creare in Sigismundū sunt commisi: mox enim ueniens in regnū, ab omnibus rex consalutāt. Sed quod multis ante acciderat, Karolus ipse euitare non potuit: elatus enim rerū successū, uerbis temperare non poterat: aperte gloriatus, se breui Romanorū regē futurum consalutariq; Karolus. V. semper Augustus: nam paruo Wentzlaū negotio exuturū Romanorū regno, qui Sigismundū eius fratrē iam eiçerit Vngaria, ea uerba perlata Marię Sigismūdi cōiugi: & si per matrē auersa erat marito, cœpit tñ Sigismundi sortē cōmiserari: quē non satis esse uisum est Karolo exuere regno, quod per illā haberet dotale, nisi etiam absentē inse-

Coniunx in-  
mariti con-  
spirat.

Iactabundus  
rex karolus.



Karolus rex  
superbus.

Karoli mors  
in excōmuni-  
cacione.

Proditio des-  
secta.

Socius cōiu-  
rationis.

Vir cordat<sup>9</sup>  
detegit pro-  
dicionem.

Claretur conuicijs. hic dolor cum altius descendisset in pectus foemine, ali-  
qñ erumpēs, significationē sui fecerat. Erat ex amicissimis Karolo regi, qui  
iam cōpertū haberet, iactantiā eius multā illi apud plurimos congerere in-  
uidiā, apertius familiariusq; super ea re conuenit. Ille ut erat superbia tumis-  
tus, amicissime cōmonentē, sublata dextera grauius cecidit in maxillam:  
astabat famulus ei qui cederetur: non attendēs esse regē qui ictum faceret:  
non expectata iussione dñi, educto gladio caput cedētis percussit: adeo, ut  
uuln<sup>9</sup> descēderet in oculū. Relictę uiduę Ludouici hoc nōnulli suspicantē  
esse consiliū. Karolus uiuendi finē fecit, alij non uulnere, sed ueneno ferunt  
extinctū. Sed hic tñ erat exitus, ut Karolus tum mortu<sup>9</sup>, locū faceret redi-  
turo Sigismūdo. Italici qui cum rege uenerāt, male ab Vngaris habiti, pe-  
rierunt: ipsum defuncti corpus diu stabat inhumatū: q̄ excōmunicat<sup>9</sup> Ka-  
rolus ab Urbano. VI. diceret. Solent autē principes seculi dum florēt eam  
rem leuius pēdere. Tum uero Sigismūdos in regnum redibat: quod & in  
Saxonia dixim<sup>9</sup>: & suo loco, quātū ea res deposcit, attingemus. XIII.

Vbicensis tum ciuitas magna ciuiū & hostiū quorundā conspira-  
tione, pene sepulchrū fuisset optimatū: nisi miseratus Deus, prodi-  
tionē institutā in lucē uenire uoluisset. Mechanici quatuor, q̄rū  
alius glesi tornator, alius pelliū uariarū opifex, duo pistores, initiū magne  
cōiurationis in senatus & primorū ex ciuibus capita fecerūt. pertesum erat  
improbissimis latronibus, q̄ sub gubernaculo senatus agerent: & non ipsi  
rem pro arbitrio moderarent: ipsi gubernacula apprehēdere constituerāt  
perditissima uia: quocirca iniere consiliū atrocissimū: quotquot uero ex ci-  
uibus cognouere suis attētamētis idoneos cōsentaneosq; quibus idē cum  
ipsis nouerāt inesse odium in senatū (facile enim quisq; in urbe sui similem  
agnoscit) in societate cōiurationis acciuerē: sacramēto pri<sup>9</sup> adactos, ut quę  
essent audituri si non probarent, perpetuo tñ tegerent silētio. paucos repe-  
rerunt quibus non probabat institutū: quippe delectū ipsi habuere inter  
notos. Idem foris inter Holfatos quidam Detleuus Gudendorp, qui pessimo  
postea exitu se prodidit, factitabat: ut collecta manu improborū equi-  
tum, ad constitutā diem irrūperet urbis portā: grassatur<sup>9</sup> cum cōiuratis in  
capita & fortunas prestātorū ciuiū: ut predis explerent, & cōiugib<sup>9</sup> atq;  
filiabus ciuium, ut in tali re abuterentur. Prefinita est dies sabathi, quę fuit  
Lamberti Diui martyris ad cedē, hora diei octaua, cum portę paterent. Id  
tradimentū, & si multorū cōspiratione foris & intus ualidum esset, in urbe  
tñ secretum permāsit. Sed erant foris inter militares uiros, quibus detecta  
res horrorē incussit: tum miserati bonorū uirorū maximā perniciē, subuer-  
sionēq; optimi in urbe status, ac innocentū uirorū necē miserā: tum scemi-  
narū & puellarū miserabiles abusus: multis scripsere, sine nomine, ciuib<sup>9</sup>, ut  
uigilarēt: cauerētq; pximā urbis ruinā de intestino malo. nemo quicq; sui  
spicat. Erat ex militarib<sup>9</sup> uir cordat<sup>9</sup>, qui ppēderet in urbe nihil esse formi-  
dinis, parū uigilatię, nihil de propinquo malo suspicionis: suscepit rem tan-  
tam, proximo ante constitutū diem, uespere detegere: ad equitat in uesperę  
domū proconsulis Iohannis Perseualen: presentia eius requirit: non adesse



significat: occupatū publicis in pretorio cōsilijs. Tempus est, inquit, tēpus bonis omnino cōsilijs: filiū eius iubet assistere, iam uirū etate maturū. Astabat aut incognit⁹ a poscēte: ubi cognouit adesse, quia uelata erat facie, qui uenerat: ante omnia, inquit, parentē adesse uellem tuū: sed qm̄ ille deest, tu suscipe quę dico: afferatur mihi potus, qui cōcitus ueni per usā, ut bibam. Allato protinus uitro, gustauit. Tum clara uoce: Tibi inquit uitro, nulli mortaliū dico: nisi caute prospectum sit, cras ante meridiem hęc urbs sepulchrum est ciuiū suorū, consulariū, & primariorū omniū: adeo omnia intus & foris scatenē tradimētis. Et mox in parietem uitro proiecto cōcitus obuerso exijt iumēto. Consternatis omnib⁹ ad rei nouitatem: procōstulis filiū sine mora petit pretorium, admitti postulat: rem esse magni momenti & quę morā detestetur. Admittitur: quid acciderit, quid uide audiuerat, pleni⁹ us omnia exponit. Obstupuere omnes. Statuerunt peruigilē agere noctē. Admonuere ciues bonos clanculo, ut essent in armis, si quid nouaret. Itaq; factū est, ut mediā cōsiliū publici pars peruigilaret, circuiretq; in urbe perustrans, si quid cōpertū esset, portarū claustra seruiaret. Vbi diligētius intēdunt, magna deprehendunt manifestē cōiurationis indicia. Cūq; ipsi cōiurationis principes, noctu per urbem equitātes cōsulares exaudirent, alter ex illis Iohannes Calefeld (nominandū enim est mōstrū) pistor in Clingēberg expergefactus, forēses arbitrabatur, conscios suę cōiurationis. Vbi sub lustrilunę lumine, uidet cōsulares equites in armis, & familiā eius ordinis, cōsternat⁹ ait: Preciose Christi sanguis, diu nimīū est dormitatum. Sed primum cōcrepare arma audita in domo tornatoris memorati: cuius mox ostijs effractis, omnia inueniūt ad arma expedita. Apprehensum latronem horrētibus inuadūt uerbis: Ille sine mora scelus confitetur, prodicitq; mox tres primos cōiurationis socios: quorū un⁹ ille pelliū tractator. ubi primum uidit peruigilare cōsiliū ciuitatis: mox, quod erat, cōiecit: detectū esse conspirationis facinus: sine mora per tenebras, ut potuit, in fugā se cōiecit. Captus primus, demittit sine gradibus, in ima tartarei carceris. Quo casu breui exanimatur. duo alij mox uincti iungūtur. Urbis portas stare diu clausas iusserē, ne quis elaberetur. Multi mox cōspirationis particeps aut detecti cōfessione captorū, aut suis indicijs proditi capiuntur. Priami tres, quorū unus iam mortu⁹, quadripartitū impositi rotis: Alij, cōfractis ossibus rotarū collisione, alij gladio cęsi, meritas pœnas luūt. Qui foris expectabāt irruptionē equites, rem in urbe detectā intelligentes, iter cū rubore flexerūt. Testati, qui importatis lignis, aut frugibus, rustici currus agebant, se uidisse mane primo per umbram equites multos: qui quid sibi uellent, ignorassent. Per multos dies sequitū est in cōiuratos: ut quęq; alij detexere, pro qualitate culpe, aut rotis collisi, aut gladio cęsi, perierunt: tanta multitudine, ut iam pigeret cędis senatū. Edixere ergo omnes sibi culpe cōscios ante uesperū abire: qui mane reperirentur, hostiū loco habēdos. Cessere multi, de quibus nemo male suspicaretur. Ita purgata improbis hominibus ciuitate: diem illū Lāberti quotānis diuino in ecclesia officio celebrem constituerunt: gratias agentes misericordī Deo, qui grauissimam ci

Pulchra tradimenti detectio.

Proditio nūciatur consulari.

Appreheditur excoisuratis.

Animaduertitur in conspirantes.

Tot cęsi quę piguit cędis senatum Lucibicem.



uitati perniciem auertisset.

Vitoldus de  
nuo capitur

Vitoldus per  
iurus.

Redit ad su  
os.

Vastantur  
omnia.

Stirgail ferus

Coniuratio  
in Stirgail.

Stirgail nec  
catur.

Onradus sublimis magister Teutonice domus per Prussiam perpetuo bello Letuanos infectatur. Duxerat hoc tempore in Vitoldum regulum: cuius fratruales, ut diximus iam Christo crediderunt. Hic autem emissus ab illis carcere, omni crudelitate grassatur in Christianos: in illos uindicans ab fratruelibus acceptam iniuriam. Tum uero ausus concurrere prelio ordini memorato, iterum capitur: & nullis alijs conditionibus impositis, libertati redditur, si modo iuret, idque ex animo impleat, Christi sacramenta subire. Ille leuissimo uir animo, per quicquid sanctum est, iuratur, se omnia ex fide facturum. Sed quid nocet perfido perfidia, si non deus uindex est. Credulus magister, illi tres arces permittit iam Christianis infestas: ex quibus ducat in populum sue nationis Christo lucrandum: utque gladio illum adigat sacram subire religionem. Ille omnia pollicetur. Magister ubi reduxit exercitum: Vitoldus mox oppressis qui in arcibus erant, Christianis incensas equat solo & ad suos in perfidiam reuersus, magis atque magis infectatur Christianos. Magister ubi comperit, renouata expeditione, iterum ducebat in hostem. Peruenit autem uastans ad fluuium Wargan: Ibi Stirgail frater regis Poloniae male Christiano magno agmine prestolatur eius aduentum: ut transitum uadi intercipiat. Sed collatis prelio uiribus, cessante Letuani, incolumem transitum magistro permittentes. Transmisso amne Christianus exercitus omnia peruastat, & magna undique preda conuecta reditum parat. Interim Stirgail, nouis fossatis deductis & deiectis, per saltum nemoris, in transversum roboribus arborum, reditum, ut sperabat, intercludere constituit Magistro cum fratribus. Exercitus autem Christiano fortior erat ad inuadendum, quam hostes ad intercludendum. Quocirca factum est: ut inuitis Letuanis hostibus, & ipsi transiret fratres: & preda, illis uidentibus, abducerent. XVI.

Ita Stirgail frater regis Poloniae, iam per Christianismum pacatissimi ducatum administrabat in Letuania: cum Vitoldo fratrueli semper dissentiens, nisi cum exteris hostis perurgeret: tum autem sensere unum. Vir erat ferus animo, & qui reuerentia fratris, magis quam diuina religione, distineret a persecutendis Christianis: Nominatenus erat Christianus, quia sic fratri placere uidebatur: ceterum cor inane ueri, a sua feritate non frenabat. Unde factum est: ut proximis quoque inuisum se faceret: dum non per modestiam illis preesset, sed per indomitam insolentiam magis premeret subiectos. Unde factum est: ut iuuenes quidam nobiles in caput eius coniurarent: sed non erat facile, circumspectentem omnia, circumuenire. Ursam domi habebat iam mansuetam: que ad constitutam horam cibum de manu eius caperet. Eam bestia, uir ferus, plurimum delectatus, consuefecit: ut ad tempus solitum conclaui eius in quo maneret propinquas, latera fricabat ad parietem: ita se adesse significans: tum ille fores referans, admisit illam, cibumque porrexit. Id cum scient coniurati, obseruauere tempus redeuntis bestie, & ad eius consuetudinem latera ad parietem comprimentes, strepitum edidere uelut fricatis urse. Ille deintus audiens, ratus adesse alumnam, fores patit: Iuuenes armati irruunt, & pauci solum, facile conficiunt. Ita perit uir ingenio ferus, & manu promptus



Vitoldo iam fratrueli latius parēs imperium. Interim in opido Wandalia Tandem, quod Buglao duci de Wolgasto pareret, res perniciosi exēpli peragitur, parricidio in primores opidi: quem consulatū uocāt, Lanij & pistores erant, qui odirēt, & emulatione tangerētur, q̄ forenses inucherēt in cōmoda ciuiū carnes & panes: idēq; cum alias impedire non possent, in gubernatores opidi uindicare constituunt, crudeli cōsilio. Obseruant diem, quo omnes ad cōsiliū euocati, cōsederent: effractis foribus irruunt: omnes ad unum trucidāt. Aberat unus, qui proximo die nuptijs peractis, duxisset uxorē: hunc cum parridium in ceteros peregissent, in itinere obuium in caput ictum, socijs cōiunxerūt uno funere. Hoc tam execrandū & omni perniciē execrabilis facinor, Bugla princeps nō alia psequit est ultione, ut uel cōiurationis capita puniret: sed impunitate pmissa, accēpit pecuniā aliquatā, ut sanguinariū eorū cōsiliū nouiter creatū approbaret. XVII.

Vdei per id tempus cōuentum celebrem habuere in Wissenfelde opido Misnensis Marchie. Cōuenerant eo ex loginquis terris secretius agentes cōsiliū: nec uenere, nisi saluū prius cōductum, & iter incolume, publicāq; securitatē per itinera, a principib; impetrarēt. Quidam militares (ut sunt multi tenui substātia) cum obseruarēt eorū discessus in insidijs fuere: sciētes non leuē apud illos pecuniā inueniri: Captis omnibus, quibusdam, qui pertinacius resisterent, etiam cēsis, ingentem prēdam cōfecere. Sūma estimata ad quinq; milia sexagenarū de grossis. Accusati illi apud principes de incursione publicorū itinerū: presertim q̄ securitatē cōstitutam Iudejs a principib; uiolassent: interposita fide publica, uenerāt ad respondēdū: Iussi causam dicere, quid ita Iudeos inualissent: quidā ex eis promptior ait. Iure inquit diuino ac ecclesiastico, non discrepāte imperatoria lege, hostis ecclesie & ei; uiolator, nulla debet immunitate gaudere. quis aut nescit, quales sint Iudei ecclesiarū hostes, & Christi fideliumq; ei; quib; quotidie mala omnia imprecantur, execrationibus quotidianis infectates populum Christianū. Et quoniā hostis terreni mei principis, hostis quoq; meus iure optimo censerī debet: multo magis hostis eterni principis quē etiam patrem inuocam; debet mihi publicus hostis haberi. Si quid ergo ex hoste publico retuli, optimi principes, inter iusta debet spolia cōputari: nec ad cuiuscūq; prāter passi, pertinere debet iniuriam. Delectati principes colorato militaris uiri responso, mox illum cum cōplicib; absoluūt: Iudejs cum irrisione dimissis. Quo etiam tempore, fratres domus Teutonice per Liuoniam, cum & ipsi operam nauare cōtenderēt ad cōuertēdam prouinciā Letuanorū: assumpto in societate belli Letuanorū, de Ploscow regulo, cōtēdūt in hosticā terrā, & magnis editis uastitatib; ingētē hominū ac pecorū prēdā eduxere: Erāt em mortaliū tū captorū duo milia. XVIII.

Oniurationis Lubicang, quā paulo ante descripsim; conscio Detleuo Gudendorp, iam detectus publicū hostē agebat urbis illius: non parcens uiatoribus & undecunq; transeuntibus ciuibus. Sepe fugatus ab equestrib; Lubicensiū ministris: statuit per insidias aliquos illos intercipere: misit ex suis, qui prēdam agerent ex uilla Curow: Si quis

E i

Cōsulatus  
trucidatur.Negligens  
princeps.Cōuent; Iu  
deorum.Iudei spoliā  
tur.Spoliatores  
accusantur.Excusatio  
pulchra.Spoliatores  
absoluuntur.Detleuo Gu  
dendorp.



Cauēdū ab  
Insidijs.

Lubicenses  
equites oēs  
cedūtur.

Detleu<sup>9</sup> ob  
truncatur.

Dux Austr  
strię in Hel  
uetios.

Austrij ca  
dunt.

interim superueniret, illis maior uiribus cederēt, pertraherentq; sequētes in locum insidijs cōstitutū. Sero (ut fieri solet) abactio iumētōr; in urbe Lubica nunciatur: serius colliguntur armati. Nam & de opido Molne, aduocandi erant equites ministri. Iam gregati sex & uiginti de Lubica equites, prodiere, sequuti pręcedentiū uestigia: sed nisi ad insidias stetissent hostes, i imdudū in sua securi abissent. Turmas tres pręfectus ipse segregauit: nam ex utroq; latere dimisit octonas, cum mandato: ut obuī hostibus facti, ad medium, quod ipse pręfectus tenebat iter, inclinarēt. Transierūt uiam multam. Ipse pręfectus, qui mediū insectat<sup>9</sup> est iter, uestigia hostium ex unguis (ut fit) equor; deprehēdit: & iam inciderat insidiātium latibula: decim<sup>9</sup> ipse interceptus numero, q̄ duplo maior. Itaq; cum se uiribus imparē cerneret, adactis & admissis iumentis, opidum Kñl recto cursu petiere. Facile cursu superāt sequētiū uestigia, optimis uecti iumētis: sed iam opido propinquātes: cum celerrimo cursu quiddam hostile pręferret: nesciētes ciues quid ageretur, portas clausere, irrumperere tentātibus. Cogūtur frōtes hostibus aduertere, quibus fortissime congregiuntur, aliquot ex eo numero prostratis: sed ipsi Lubicēsium equites, iam pugnādo fessi, cum lōge numero superarētur, ad unum omnes cedūtur. Post moram interpolitam octonū uestigia sequuti perueniūt ad uicina opidi, cernētes ibi cōstratos socios decem, ingressi opidum coarguūt opidanos q; manibus latronū inclusissent suos propugnatores. Illi pręferunt ignorantia rerum que gererentur. Itaq; acceptis uehiculis, socior; corpora Lubicā deuehūt. Vīsa est lugubris utriq; sexui, & omni etati, illa suor; equitum reuectio. Tumulati sunt solenni funere, in ecclesia Sancti Iacobi. Idem tñ ille Detleuus non multis post annis interceptus ab equitibus ministris Lubicensiū simili exitu obtruncatur, multas cōcisus in partes.

CA XIX.

Oc etiam tempore, hoc est a Christo nato ad .LXXXVI. annū post mille trecentos: Lupoldus dux Austrię de genere Rodulphi Imperatoris, cum filio & omni nobilitate bellum inferebat Swiceris (Switenfes uocāt alij, ueteres dixerē Heluetios) feroci in hunc diē hominum generi, & in montib<sup>9</sup> suis efferato: quib<sup>9</sup> etiam etate sua Gaius Cesar Galliar; pręses manus cōserebat. In eos tum ex quibusdā causis duxit Lupoldus Austrię dux, q; ab auis & attauis, uetus esset similtas in gente: rusticam libertatem liuētib<sup>9</sup> semper oculis aspicit nobilitas: sibi natum, quicquid uiuit, rata. Totis principatus sui uiribus Lupoldus orditur bellū, uicinis principib<sup>9</sup> & nobilibus in societatem belli deuocatis. Swiceri & si magna mole uirtutis sue, se in hostem appararent, tria tantū milia in cōspectū hostis emisere: ut per cōtemptū in illos duceret. Reperit sine dubio oppositos sibi uiros: sed qui planis campis equitatu hostiū premerētur. Cęlis primo prelio aliquot suor; Swiceri retrocedunt, pedem referentes, ut maioribus suor; agminibus excipiantur. Austrij sequuti in montes, mox circumfunduntur hostium magnis agminibus. Non pauciores in armis habuere Swiceri triginta hominū milib<sup>9</sup>. Intercepti ergo Austrij pene ad interuersionem ceduntur; ualde raris elabētibus: dux ipse cum filio & sedecim pri-



meū nobilitatis uiri comites atq; barones, ipsi principes, aut principū affi-  
nes. Cruenti hui⁹ prelij memoriā armis suis Austrię duces preferre credū-  
tur, cum candidū clypei campum sanguineo colore in trāuersum fusa pla-  
nities fuscet. Vindictam meditati tantę cladis, quam necdum peregerunt.  
Nam etiam hoc tempore, quod suo loco dicemus, insigni clade memoran-  
tur Austrię ab Swiceris affecti. Quo tempore in urbe Wismaria, insignē  
conuentum principū iussit sollicitari, Albert⁹ rex Suecię. Aderant omnes  
de popinquo principes: Wenzla⁹ dux Saxonie ac Luneburge, Bugslaus  
dux de Wolgasto, Ericus inferioris dux Saxonie, Nicolaus & Adulphus  
Holfator, Otto de Hoia, Gunterus de Rupin comites, Laurentius comes  
Wandalorum, omnis effusa nobilitas, milites, militares, uicinarę urbiū ho-  
nesti ciues, principū, nobilium, militum, militariū uirorū cōiuges. Omnia  
ad magnificum apparatus cōposita. Militares in foro ludi: dominarū in  
locis cōueniētib⁹ choreę canētiū in omni genere musicorę leta symphonia  
Omni genere urbanitatis, in medium certauere honestate uestium, robore  
uirium, alacritate iumentorū. Vox ubiq; letitię personabat: eminebāt mul-  
tis in rebus plurimū: quisq; in suo genere decori. Octo cōtinuatis diebus  
solēnitas perdurabat. Inde in sua quisq; leti & alacres rediere. XX.

Vo tēpore Conradus de Gisenhem Lubicensis episcopus, cum re-  
bus excederet humanis, locum fecit Iohāni Clendenst decano ei⁹  
ecclesię pridem electo, & iam renouata electione iterū assumpto:  
cuius honesto inter suos inibi natus loco, & iam cōsequit⁹ benedictionem  
peruenit ad episcopatū. Anno qui proxime sequit⁹, idem Albert⁹ rex Sue-  
cię, Margareta regina iam & Norwagię: cuius fili⁹ Olauus proxime reb⁹  
humanis excessit, matri relinquēs principat⁹, Ericus dux Saxonie, Nicola-  
us & Adulphus comites Holfatie, milites ac ordinis eius uiri, sine numero:  
multorę principū, comitum, ac urbium uicinarę oratores, Lubicā uenerant  
in cōtū: causa potissima, tractare de cōmuni terrarę pace, per mare quoq;  
seruanda: ut persecutio cōmuni odio fieret in publicorę itinerū latrones.  
Ciues Lubicenses inter alia questi sunt, non licere sibi per comites Holfatie  
insectari publicos hostes, quib⁹ perfugia prebeāt, Cūq; comites respōde-  
rent: non mox esse publicos hostes qui uni⁹, uel alterius, leuissimorę homi-  
num fabulis, & suspicionib⁹ cōtaminarentur: odium sibi quoq; inesse ma-  
lignorum, quos uera scelera noxios faciūt: non quos uana leuissimorę ho-  
minum uox una cōtaminat. Ibi tum inter omnes cōuenit: ut sine ulla tergi-  
uersatiōe, publicę odiosi homines insectarētur: nec a quouis, uel recepten-  
tur, uel defendantur, receptores & defensores cōmuni cum illis odio inse-  
ctandos. Hoc etiam tempore mandatum egreditur ab omnium cōmunis  
Hanse Teutonice ciuitatū cōgregatis Lubicę oratorib⁹, ne quis mercator  
eius cōmunionis ullam societatem, aut cōmercium habeat cum Flandren-  
sibus, ob causam sepe renouatā, q̄ priuilegijs & immunitatib⁹ dudum cō-  
cessis frui non sinerēt: que cum inuitandis primū in eam terram mercatori-  
bus data sint, nunc illis in usum deducentib⁹ reuocari nō possunt: quia trās-  
bant iam in naturam contractus: facio ut facias. Eadem tum prohibitio fu-

Insignia Du-  
cū Austrię.

Cōuēt⁹ prin-  
cipum Wiso-  
marie.

Apparatus  
magni.

Vacat Lub-  
icē ecclesia.

Cōuēt⁹ prin-  
cipū Lubicę

Prohibetur  
receptatio.

Hansa cōtra  
Flandren.



It de emporio Ruffiæ in Nouguardia Ruffiæ urbe tum potētiffima. Sic fe-  
res uertūt: ubi tenuis primordiorū status permittit ueniētib⁹ immunitatem  
inuitās ut ueniāt: iam florecentibus rebus, qui inuitauere uix patiūtur se-  
cum confistere: defyderiū uertētes in contemptū, & deinde in fastidium.  
Nunq̄ tamē constās earū rerum aut diuturna fuit permanētia: ut cum uol-  
uentibus ſeculis noui mores, noue ſemper res placēt, prioribus antiquatis:  
Ita quē in precio pridem fuerūt, inde uileſcūt: quē cum rerū fluxa uarietas  
ſit, in omnib⁹ rebus humanis tum maxime apparet, ſe ſeq̄ prodit in mercas-  
turis: quē mille modis uertūtur. Vnde nouis ſemper opus eſt ingenijs ad  
rerum crebram uerſuram.

CA. XXI.

Igiſmundus Vngarię rex, iam emulo ſuo Karolo, de medio facto  
reuerſus in regnū contemptui tñ fuit uxori ſue quam fecit inſole-  
ſcere dotis magnitudo, & q̄ uirum proſtigatum, ipſa uel maxime  
curaffet reuehi in regnū. Auſa mulier nouā cudere monetā iuſſit inſcribi  
Maria rex Vngarię: Inrepita tamē a marito per modeſtiā erubuit ac com-  
preſſit inſolentiā: cum procerē nōnulli arbitrarētur, grauius perinde mar-  
ito inſenſam, ſuggererēt illi de eius ſubuerſione: q̄d in Saxonia ſcripſimus.  
Sed tamē labor fuit Sigifmundi, non uulgaris, aduerſus Ladiflauū Karoli  
filium: qui poſt patrem de Italia ueniens cum non cōtemnendis uirib⁹, re-  
gnum ambiabat. Sed iam Ludouici relicta, primū aduerſata Sigifmūdo,  
iam uero recōciliata, pro illo cōtēdēs, regni p̄ceres inclinauit Sigifmūdo.  
Vnde factū eſt ut fruſtra Ladiflaus cōtenderet: qui ubi ſe fruſtra cerneret  
fatigari, Iadēram inſignē ciuitatem, quā de regno tenebat pene ſolā, accō-  
pta ab Venetis pecunia illis uendidit. Sic lacerātur regna. Quo tempore  
Bugſla⁹ dux de Wolgaſto uxore accepit germanā Henrici de Brūſwico  
ducis, filia fuit Magni, quē prelio ſuperauit & oppreſſit Otto de Scowen-  
borg comes. Ea primum habuit maritū de Manſuelde comitē: quo mor-  
tuo ad hunc peruenit ducē: mulier, ut ferebant, incredibili pulchritudine.  
Nuptiarū ſolēnitas in opido Tzelle implebatur, terrē Luneburgenſis. Ma-  
gnifico nimirū & principe digno apparatu: quē non mediocriter illuſtra-  
uere multorū preſentię principū. Wenzla⁹ interim Romanorū & Bohō-  
mię rex, cum lætaliſter ſoporat⁹, preter uoluptatē nihil admitteret, inuiſus  
eſſe cōcepit omnibus: Captus a baronib⁹ regni, includitur, ne regnū ipſum  
peſſundet. Sed ab Iohanne duce Luſatię & Procopio Morauię, uinculis  
per arma eſt exēpt⁹, & libertati reddit⁹. Sed nihil immutatis morib⁹, dete-  
rior ſemper euasit. A fratre deinde Sigifmundo captus, & Alberto, Baua-  
rię duci cuſtodiendus traditur: ſed dum negligentius in cuſtodia tenerēt,  
corruptis cuſtodib⁹, elabatur: regnoq̄ reſtitut⁹ eſt, nihil emēdatior. Cum  
aut nulla in re poſſet ad cor redigi, principes electores cōgregati, hominē  
Romanorū regno deſtituūt Ropertū Bauarię ducē reponētes. XXII.

Libertus dux Magnopolēſis Henrici filius, optimi principis non  
degener proles, natus matre, quē filia erat Waldemari Danorum  
regis: cum ille moreretur, materni generis iure regnum ſibi arbi-  
tratur deberi. Sed quoniā magna imperia, non tam legibus, q̄ armis que-

Inconſtantia  
rerum.Inſolens regi-  
na.Iadēra Vene-  
tis uenditur.Mulier mirę  
pulchritudis.Wenzlaus  
captus.Euadit carce-  
res.



runtur, magno exercitu duxit in Daniã. Proceres diuisi fuere: pars fauebat Alberto, maior numerus propẽdebat in Alanũ, Margaretę filiũ: quę & ipsa erat dicti regis filia. Itaq; tum magis pactis, q̃ armis, arma, propulerunt: Sed Albertus, cum adhuc floresceret per etatẽ, uiuẽdi finẽ fecit, solum filiũ relinqũs Iohãnẽ: cuius primũ tutores, deinde ubi adoleuit, ipse omnẽ principatũ, absente Alberto Suecię rege, cum Alberto Magni filio administrarũt. Nam regi sua portio, suũ semper ius saluũ remansit: ad qđ etiã, cum regno extruderet, est reuersus: posteaq; uaria in regno iactatus fortuna, captus, laxatusq; est captiuitate. Erat a Christo nato post mille trecentos. LXXXVIII. annus, cum idem Albertus rex iam diu foeliciter in Suecia regnans, implicaret bello cum Margareta Danię Norwagięq; regina: orta simultate, qđ dictus rex munitionẽ erexisset, oportuno loco, unde posset Danorũ in sua transitũ arcere, Regina aut, nulli cedens uiro, prudentia, & animi magnitudine multos exuperans, non passa ullum ab rege preiudiciũ, aduersus nouã regis arcẽ, in suo solo erexit aliã, unde cõmeat possent intercipi, in nouã regis arcẽ cõuehendi. His de rebus, primũ prefectorũ iurgia, deinde etiã excursionses fiũt inuicẽ: quę adeo creuerũt in imensum: ut ipsi inter se principes, hinc rex, inde regina, totis regnorũ uiris bus cõcurrerẽt. Eduxere acies, stabãtq; mutuo sub aspectu, diu minãtes. Palus erat in medio, quę dirẽmit exercitus. Spectabãt acies in alterutram: quę prior in aduersum transgredereẽt. Erat regis animus maior, q̃ qui ulla possit re deterreri. Prior ille eduxit: sed ea laboratũ est difficultate in trãse unda palude, ut facile Danis uictoria relinqueret. Capitur rex cum filio, & in arctissima custodia recludit: septẽ annis in carcere manẽs. Cum interrim multa fieret, & tractatibus, & armis ad eius relaxationẽ, non poterãt ullę conditiones reperiri, quę nisi dimisso regno, foemineũ animũ possent permollire. Multa mari prelia, multa sunt Danię, per Vitalianos (sic enim appellabant satellites, propria sorte militantes) irrogata damna. Laxatus tãdẽ, dimissionẽ regni pactus, cuius maiorẽ iam partẽ regina occupauit: ut una foemina, tribus impitaret regnis. Rediit in Magnopolim suã, cũ filio Erico ad spem regni enutrito: reuersus autẽ coniugẽ duxit alterã: filio quoq; despõdēs uxorẽ: qđ suo tẽpore cõmemorabit. CA. XXIII.

Vita interim in Letuania militariũ manus, longe aduecta peruenit: quę pro redemptione peccatorũ suorũ in perfidos militaret. Inter quos Wilhelmus dux Gelrię, qui cũ expeditis egressus, diu foeliciter pugnabat in hostes. Demũ cõmuni marte, aliqñ inclinãte hostibus uictoria, captus est, & in arcẽ Valkenborg reclusus. Id molestissimũ fuit omnibus Christiani nominis uiris, & in primis fratribus Teutonice domus per Prussia. Quocirca expeditione, quanta potuit maxima, facta, ducunt in hostẽ: obsidentq; arcẽ, qua ille captus teneret: pugnãtes, nec deficientes, quoad illam plurimo labore expugnarẽt: & tum in libertatẽ, captum ducẽ reducerũt. Ille tñ militari ritu, se non est liberũ arbitratus, priusq; eius, qui illũ cepisset, manu laxaret. Hoc procurãtes fratres memortati, laxatum cum honestate dimiserunt. Prage interim in Bohemia Iudei,

Proceres Danię diuisi.

Regina prudentis & magnanima.

Dani uictores capiũt regẽ cõsilio.

Vitaliani quę fuerint.

Wilhelmus dux Gelrię captus.

Relaxat dux Gelrię.



Iudæi cæsi.

Pueri Iudeo-  
rū dehone-  
stant pb̄m.Dom<sup>9</sup> Iudeo-  
rum incēsa.Opidū Ville  
obsidetur.Bellum in  
Marchia.Capiuntur  
arces.

ipso sacro die Paschæ, expediti sunt, cæsiq; a Christianis ad interuicium: cum adhuc illa urbs ferueret, plena Christi religione: necdū perducta ad superstitionem sectæ Hussitarum: que dissimulante deo, usq; nunc in ea obscuruit: ita ut Christi corpus & sanguinē pueris & demētibus tribuāt: inherentes (ut solēt Iudæi) literę dicēti: Nisi māducaueritis carnē filij hominis, & biberitis ei<sup>9</sup> sanguinē, &c. Sed tum ibat Christi sacerdos, sacrā Eucharistiā deferens, pro ritu Christiano ad egrotantē: ueniens autē ad propinquū uicū Iudeorum, pueri Hebræorum, nimirū blasphemis parentū instincti, sacerdotem luto lapidibusq; insectantur. Iam tum sub ignauissimo rege, omnia dissimulante, nihil in ea urbe uidebat illicitū. Indoluit plebs fidelis, que ex more sequebat, irrogatā Christo & sacris ei<sup>9</sup> cōtumeliā: repressis pueris, & cū cōtumelia abactis. Cūq; adulti Iudæi pueros tuerent, primū rixa, deinde orta est seditio: Efferuescēte autē Christiano populo, in deuotionē recēter assumpti per sacrā Paschę diē corporis dñici, excandescūt in irā in Iudeos: & cōcursu ex omnib<sup>9</sup> ordinib<sup>9</sup> facto, imiscuere se plurimi, literis studentes, clerici, & sc̄uētēs in Iudeos, quicquid obuiū fuit, prostrauerunt. Incensis autē domibus eorū, sc̄emine cum paruulis se sua sponte iniecerūt incendio: ne probris Christianorū expositę, ad extremū necarent. Ille uero ab tēporali igne, gradū sibi strauerūt ad eternū. XXIII.

Olislaus rex Poloniae, qui in paganismo dux Letuanorū, Jagail  
b nomē habuit, tum iniquo ferens animo, Letuania suā a fratribus  
Teutonicis, assiduis bellis pessundari: sperās populū per aliā uia  
ad sacrā Christi religionē perducere: tum arcē & opidum Ville cōmunie-  
rat. Duxere eo magno molimine fratres Teutonici, ut opidū cum arce ca-  
perent. Omnē apparatū expugnandarū munitiōnū produxere: machinas,  
bombardas, & quicquid ei<sup>9</sup> rei habuere: laboriosissime intētabāt. Sed me-  
moratus rex ualidū immiserat, quatuor miliū armis expeditorū presidū  
militū: qui similibus freti ad defensionē rebus, peruicere, ut nulla tum insi-  
gni re peracta, infecto negotio, fratres reducerēt exercitū. Erat per id tem-  
pus magno bello implicata Brandēburgēsis Marchia: Nam Sigismūdu  
rex cum pulsus Vngaria, multis rebus ad recuperationē regni indigeret:  
eam, accepta pecunia, permisit marchionib<sup>9</sup> Morauie, Iodoco, atq; Pro-  
copio fratribus. Qui ubi audierāt per tēpora uacātis ducat<sup>9</sup> de Lunebur-  
go, mutatos limites ditionū, & in ipsius Marchionatus ditionē esse termi-  
nos prouectos, magno militū agmine descēderāt, ad recuperanda, que ad  
Marchiā ab olim pertinerēt. Nōnulli militares, qui in annalibus ex nomi-  
ne designant, relictis dominis prioribus, ad Marchiones trāsierūt. Datur  
& alijs pecunia principibus ex arca Morauorū: ut uel duces bello distine-  
rent, uel interim ab eorū se retraherēt cōmilitio, quiescētes. Captę aliquot  
arces, & uicissim damna sunt irrogata nō pauca. Sed Marchiones sine ma-  
gno fructu cōcepto destiterūt. Per idē tēpus ciues Hamburgēses, non sa-  
tis annuētibus de Luneburgo ducibus Hērico & Bernardo, cum tñ mili-  
tariū, quorū id solū in iure fuit, accederet uolūtas, fortaliciū erexere ad Al-  
bim, in locis palustrib<sup>9</sup> australi ripa fluminis, non lōge ab Horburg arce,



nūc ducatus Luneburgensis. nam diu archiepiscopis Bremensibus serui-  
bat: Glindesmor loco nomen est: Presidiū uero nouū dixere Morborg,  
nō magne munitiois fortalitiū: q̄ magis ad speculā stare, q̄ ad presidiū  
exilem etiā nūc fructū importans possessoribus. CA. XXV.

Ohannes de Stargardia dñs, fili⁹ erat Iohānis primī, cum Alber-  
to fratre ducis Magnopolensis: qui in sortē suscepit terrā Star-  
gardie, retinens tñ titulū ducat⁹ Magnopolēsis: tum magnis est  
annixus uirib⁹, ut captū Albertū Suecię regē uinculis exueret. Tentabat  
primū, ut regni p̄ceres regi cōciliaret: sed nihil p̄fecit. Armis agendū fuit.  
Ita iam pridē regina callidissima fœmina, p̄ceres sibi inclinauit: ut mallēt  
fœminę subesse, q̄ regi. Cœpit eos fastidiū q̄ddā Teutonici principat⁹, So-  
la urbs regni p̄cipua, Stocksholm, emporiū terre unicum, in fide Regis  
permāsit. Sed prima expeditione, cum nauigaret Iohānes, s̄cua est exorta  
tēpestas: quę sub oculis cernētis quosdā suorū abripuit in p̄fundū: alios  
cōpulsit in portus hostiles: ut manib⁹ eorū cōcedere cogerent. Vix ipse du-  
ctor, cum paucis cursum retro legēs, in pacata peruenit. Sed anno sequēti  
idem Iohānes, expeditione iterū instituta, filios secū duxit in hostē, Iohan-  
nem & Vlricū. Aderant, quanta poterāt uirtute, ciues Rostockcenses &  
Wismarienses, pro rege natiuo principe suo: omni nisu cōtendentes, ut ca-  
ptiuitate rex laxaret: maris insulas Bornholm & Gothlandiā, expositis in  
terrā militibus, populant: & p̄dis conuectis in naues, iter cœptū conti-  
nuant. Inde in Sueciā ueniētes, reperiūt ad urbē, quā solā in fide diximus  
remansisse, Danos iam obsidionē firmantes, duo eregione erexisse p̄resi-  
dia. Aggressi alterū, facile expugnant: alterum uero firmiter nixū ra-  
dicibus, q̄ in rupe extructū emineret, facile, si perseuerassent, fame in dedi-  
tionem perpulissent. Id ueriti Dani, qui inerant, colloquiū deposcūt: Treu-  
gas in sequētē annū cōstituūt, multa polliciti ad uincti regis relaxationē:  
Credidit princeps, & ab oppugnatione destitit: in qua si perdurasset, faci-  
le peruenisset ad optata. Magnū erat rerum momentū in ea urbe de toto  
regno. Sed cū nimis Iohānes ad reditū festinaret, ante formidatas ex tem-  
pore tempestates, rem magno molimine cœptā, & magna momēta habi-  
turam, turpiter euanescere permisit. Interim urbes Rostockiū & Wisma-  
ria p̄clamaciones faciunt in suis & uicinis locis, quotquot sorte p̄pria na-  
uigaturi sunt ad militiā in Danos & p̄edas in tria regna facturi, portub⁹  
& urbibus suis utant: ut malis uexati Dani cū Suecis, ad relaxationē ca-  
pti regis inclinēt. Venit subito incōdita gregariorū man⁹, missiq̄ in mare  
excursiones plurimas fecere in Daniā, & cætera regna. Sed semel p̄missa  
uenia in hostes, facile homines sine lege uiuētes, abutunt: sine discrimine,  
obuios q̄sq̄ in mari depredātes: neq̄ ipsis memoratarū urbiū ciuib⁹ defe-  
rentes. Multa inde urbib⁹, puenere incōmoda, multę ab exteris querimo-  
nię. Nōnullę excitatę ex illa radice in lite causę, quę per iuris strepitū age-  
rent, apud Impatorē, per multa mox sequuta tēpora durauere. Sed prima  
fuere lucra duarū urbiū ciuib⁹, qui merces undecūq̄ raptas, uili precio, ab  
eius generis mercatorib⁹, cōparauere. Vitalianos se appellauere: qui non

Glindesmor.

Fœmina cal-  
lidissima.Classis iterū  
in Succos.Expugnatur  
p̄residium.Tregæ ad  
annum.Iniqua pro-  
clamatio.Gregariorū  
man⁹ in con-  
dita.



aliã ob causam bello se immiscerēt alieno, q̄ ut uitalib⁹ alerent. Cōmeatū enim hoc nomine appellarūt: qualis est etiã nostris tēporib⁹ peditū militiã: qui uenalē sanguinē per omnes circūferūt prouincias. XXVI.

Fossatū fit  
per Lubicē

Cōmoditas  
ex fossato p  
ueniens.

Preceditur  
preiudiciū.

Minæ Vang

Concordia.

Sigismūds  
in Turcos.

Turci & Tar  
tari in Vn  
gariam.

**F**ossatum ciues Lubicensis per id tempus aggressi sunt agere, ex opido Molne, ad eū riuū, quē Delmenow uocauere, excurrentē in Albim; Ducis Saxonie Erici cōsensus accessit: q̄ eius cōmodo res inferuitura uiderēt: ex Lubica per riuū Stekenissa, in Molne usq; prouectę merces: inde per dictū fossatū, in Delmenow riuū: inde uero Albim transfueherent. Sali importādo de Luneburgo, plurimū ea res inferuit, & ponderosis mercaturis: quę nulla festinatione, minore aut̄ eris impensione, hoc itinere, per riuos, q̄ per currus deuehūtur: longo quidē circuitu sed sumptu modico ex Lubica in Hāburgum. Non consideraere per id tēpus, qui rei prefuerūt, aut certe dissimulāter trāsuerūt, q̄ eo fossato tāgerent terram Magnopolēsem in quadam parte. Albert⁹ enim Suecie rex, tum agebat cum filio in captiuitate. Iohānes Magnopolensis dux adulescētior, q̄ suę ditionis res non uideretur, silētio pertransiuit. Sed post ea tempora, iam labore cōsummato, cum Albertus rex in terram illā e Suecia rediret, cerneretq; sibi preiudicatū, non dissimulauit: sed literis & nūcijs rem agebat: ut quia sine nutu suam terram cōtrectabant, fodiētes, uelut cōstituturi sibi in alieno seruitutē: eoq; uterentur itinere, dedit optionem, ut aut redigerēt in pristinā formam, aut pro illius interesse cōstituerent, quod equū uideretur. Ciues cum se nihil in ei⁹ preiudiciū egisse contenderent: neq; terrā eius fodisse: sed solū, quod ad ducē pertineret Saxonie, cōtrectassent, neq; tamē rex cōquiesceret: sed armis ius suū exequuturum se ostenderet: defensionis suę aliquot gregarioꝝ militū ciues inuocauere. Nihil tñ, uel hinc, uel inde, armis attentatur: sed uanis inuicē minis se diu terruerūt: & quāto minori poterat princeps ille placari cum interim stipēdijs impensis alerētur in urbe gregarij, & tñ interueniēte bonoꝝ uirorum consilio, res eo concessit, ut post multos sumptus in eam causam factos, regi constitueretur quo ille quietus esset. Sed hęc suo tempore: nunc ad nostra redeamus. CA. XXVII.

**I**gismūds per ea tēpora rex Vngarie, cum iam quietus domesticis malis cōpressis ageret: in perfidos Christiani nomnis hostes, Turcos cōuertitur: uocatis in societate belli Iodoco atq; Procopio propinquis suis, Morauie principib⁹. Et quoniã inexpectatus in hostica mouit, nullum reperit hostium agmen ex aduerso: quod se illi in pugnam obijceret. Igitur trāmisso Danubio terram omnē uastabūds peruadit: Infinitā prędam cōuectans uictor exercitū reducit onustū. Vix ille exercitum suū dimisit: & ecce Turci, Tartaros in cōmunionē expeditionis assumptos, secum trahunt in Vngariam. Quę pridem in suo passi sunt Turci, in hostico tum exercēt solo: maiora Vngaris damna, atq; discrimina irrogantes, q̄ pridem ab illis suscepissent. Valuit ea diu diuersitas, sed tamen Sigismundus, sæpe renouata in hostes expeditione, eo rem perpulit: ut suis finib⁹ cōtenti, abstinerēt alienis: quiescentes per tēpora quibus



ille soli Vngarię præfideret. Cum aut maioribus rebus teneretur implicitus Bohemię & Romanorū regno iam districtus, audaciā resumpserit: quod suis per ordinē tēporib⁹ recēsebim⁹. Sed ut de Vngaria, ita quoq; de sua, illi fuit Bohemia laborādū. Per omnia quidē fortune ludibria uarię iactat⁹ sed tamē uictor animo semper euasit. Cum Vngarię proceres, qui cōtra se senserant mortē multasset, perisissentq; per eam occasionē decē & octo ex nobilitate primarij: euenit ut reginā quoq; Maria fato fungeretur: quę sola uidebatur obstare multorū cōnatibus. Tum uero captus rex, & in custodiam datus, mulieri, cui⁹ inter ceteros maritus perisisset, donec decernerēt, qua illum morte perderēt. Ibi tum regi profuit facundia lingue, & placidi sermonis eloquium: ut suaderet foemine uincula sua laxare: quod illa non distulit. Ita regno reddit⁹ est. Deinde nihil minus de Bohemia sua laborauit: fratrem Wentzlaum cōepit & abduxit. Sed ille quoq; uinculis elabatur: male seruatus in Vienna Austrię. Pluribus prælijs cōflixit, parum ad uictoriā fortunatus. Non enim respōderat anim⁹ uirtuti: corporis dignitati, uiri fortuna: quę in magnis prælijs sepe illū destituit. XXVIII.

Rat annus a nato Christo nonagesimussæcund⁹, post mille trecētos: cum Iohannes archiepiscopus Rigenis graui mole urgeretur a fratribus dom⁹ Teutonicę per Liuoniam: hoc solum molientes ut ordinem diuę Marię, quę gerūt, in se ille & in ecclesiam suā desumeret. Cūq; nulla ui perelli potuisset: nec tamē quietē sibi futuram a memoratis pressuris cerneret, aut speraret, ingressus nauim, Lubicam petijt: anno integro ibi demoratus. Cūq; nihil pacatū illi ex sua prouincia renunciaretur, cōtendit in Bohemiā, Romanorū regem aduersus ordinē implorare: ut laboranti a fratribus ecclesię ferret opem. Vbi perueit effecit per amicos quos in regis curia, aut reperit, aut sibi cōparauit: ut primum bona omnia fratrum & totius ordinis in Bohemia ad firmā ponerent: ut eo incōmodo cōmoniti fratres, ad equas cum ecclesia cōditiones descēderent: misitq; rex litteras Summo pontifici, exhortatus, ut ecclesiā & archiepiscopū eius a pressuris fratrum, suo gladio, tueretur. Non quieuerunt fratres quomin⁹ & ipsi oratores mitterent ad summū pontificē, ostensuros, quid cōmodi, quātum salutis in eo cōstitutū esset: si Rigenis ecclesia, quę metropolitana sit, sacri ordinis ueste decoraretur. Tum unam futuram per omnē eā prouinciā manum, quę nunc sparsa sit: cui, neq; Russi, neq; Letuani, hostes, nocere possent: nūc sua quisq; uia ducens, nec unum terra sentiens, facilem præberet hostib⁹ aditum: aleret discordiam: augeter audaciā in circuitu nationum: ut in ecclesiam Christi perinde fidentiores cōsurgerēt. Tam uero tum est causa apud summū pōtificem exornata amplificataq;: ut Iohanni archiepiscopo, de alia non minori ecclesia prospiceret, cōstituens eum nouę gentis Letuanorum patriarchā: Rigēsi aut ecclesię præficeret hominē, iam sacri ordinis participem. Tempore ex illo ecclesia cum suo pōtifice, sub ordinem uenit. Erant tamen exinde aliquot pontifices & prælati, qui ordinē sumere detrectarēt: sed nostris tēporib⁹ plena est absorpta ordinis Imperio ecclesia. Iam quod erat archiepiscopi, maioritātē in omni terra præferre, pro-

XVIII. proceres multati morte.

Sigismundus rex capitur.

Wentzlaus captiuus.

Molestia archiepiscopi Rigenis.

Archiepiscopus cōfugit ad Imperatorem.

Causa agit corā summo pontifice.

Papa cōposuit dissensiones.



Erectio stus  
dij Erphor  
densis.

Bellū inter  
fratres.

Laceratur  
Morauia.

Sundenses  
uictores.

Vitaliani  
gladio feris  
untur.

Dux Gor  
litzen.

Stockholm.

uenit magistro. Magni quidem nominis umbra seruatur ecclesie & archiepis  
episcopo: sed res tota cum imperio concessit in ordinē, in personā Magistri.  
Gymnasiū, siue palladium, seu publicā dixeris achademiam, tum firmatur  
in Erphordia, urbe Turingie precipua, & per. VIII. Bonifaciū priuilegio  
thelogice facultatis adornatur: cum antea aliquādiu sine illa cōstitisset. q̄  
uererent pōtīfices heresum nouarū pullulare uenena. CA. XXIX.

Rateno tum bello marchiones Morauie sunt cōflictati, Fratres  
f ipsos, duo alij fratres germani, maioris potētis & firmarūt & ani  
marunt. Nam Iodocum ad arma roborabat Sigismund⁹ rex Vn  
garię. Procopio uero aderat Wentzlaus rex Bohemie & Romanorū.  
Nunq̄ acriora sunt odia, q̄ ubi fratres certāt de pari imperio. Facit & ac  
cendit odia parilitas nataliū & perinde excrescens in alterutrū cōtemptus.  
Lacerata perinde Morauia: incense domus & arces. Sensere uicinū incen  
dium adiacentes prouincię: detonabāt, donec ambo malorū fessi fratres se  
esse Germanos, recordarētur. Per quā etatē ciues Sūdēses (ad mare supra  
Rugiā noua urbe habitāt) cum ad se nihil pertinēte bello, implicari tenta  
rent a uicinis: ipsiq̄ per mare Vitaliani grassantes, ciues eius urbis in mari  
crebri⁹ adortos deprēdarētur: sumpta audacia, nauim bellicis apparatus  
instructā, impositis uiris nauticis, armauerūt, & in cōmunies omniū prēdo  
nes emisere, Vitalianos. Cōseruere in mari man⁹ & ipsi Sūdēses effecti su  
periores: nauim unā gregarijs plenā cōeperūt: inc̄ urbē suā protraxerunt.  
Non sunt inuēti carceres, quibus ea multitudo includerēt: didicerunt ab  
ipsis gregarijs, quomodo solerent captos includere mercatores. Vasa que  
potui aptata sunt & deinde mercibus, etiam ceteris iucludēdis: tunnas uo  
cant: una extremitate ad capacitātē humani capitis emittendi perforarunt:  
extante capite singulos singulis incluserūt. Ita cōpositis in ordinem uasis,  
cum alteram super alterā ex ordine cōponerent: donec publico iudicio con  
demnatos, extra urbem productos, gladio ceciderūt. Quo tempore, maxi  
ma mortalitas urbes Wādalię finitimas: quas maritimas uocant sine exem  
plo peruasit. Numerata sunt Lubice hominum capita octo & decem mie  
lia: numerus exercitui idoneus. CA. XXX.

Entzlaus Bohemie & Romanorū rex: cum socordiā suam non  
w egressus ad curā reipublicę Romanę non intenderet animū: Pro  
ceres etiā Bohemie pertesi ignauie eius, & leuitatū sine modo,  
captum aliqn̄ (quod diximus) tenuerūt in arce Pragensi: Non enim incu  
ria sola regno tulit incōmoda. Accessit grauis rerū iactura: ut nihil dignū  
rege esset in homine. Iohānes frater eius dux de Gorlitze, fratris dolēs in  
iuriā, cōtraxit exercitū: perurgebat proceres & precipue ciues Pragēses  
ut captū apud se regem relaxarent: aliquāto meli⁹ cōsultur⁹ rebus, si Went  
zlaos in uinculis manente, ipse regni subisset gubernacula. Sed preualuit in  
eo respectus regij nominis: indignumq̄ uisum est facinus, regem ita a sub  
ditis coartari: quib⁹ ipse ad iuga cogēdis natus esset. Quo tēpore ciuitas  
precipua regni Suecie Stockholm, uel sola in fide capti regis permanens  
fame urgebatur obsidionē passa Danorū instituta: p̄ necq̄ mari, necq̄ terra,



illi quicq̄ posset impetrari. Ciues Rostockcenses & Wismarienses, pro rege laxando, multa (ut par erat) cōtendentes: octo, frugib⁹ & rebus ad uitum necessarijs, naues onerarūt: preposueretq̄ ex suis gregarijs manū ualidam. Enauigātes aut̄ sub brumā, ipso gelu cōprehensi in portu, glacie stringebantur: ut Dani expugnādis intenderent. Sed qui preerāt nauibus stratagemata multa excogitātes, quę in Suecia scripsim⁹: sese a Danis cōtinuerunt: profeceruntq̄, ut laxato frigore, naues incolumes perducerēt in portum optatum, recrearuntq̄ fame laborātes. Propulere aut̄ paulo ante hoc tempus, ciues Sundēses senatū suum: q̄ uulgi clamorib⁹ uanis & postulationibus iniquis non cederet: Sed iam saniorē in sensum redacti, recepere propulso: & qui supererāt cum honore reductos, in suam restituerunt sedem. Erat uir primari⁹, qui cōsulatū diu foeliciter gerebat, & iam diuturno fractus exilio, mortem obierat: eum extumulatū cognati, in sedē cōsulare reduxere: id honori tribuētes familie ut innoxie pulsus, cum honore reductus, omniū oculis cerneretur. Habuere tum ijdem ciues grauissimas cum quibusdā militarib⁹ simultates: q̄ insimularēt eos fauoris, in publicorum itinerum latrones. Educentes igitur ciues memorati cum uicinis Gripswaldēsis, arcem Gutzkow obsessam ab hostib⁹ suis, obsidione liberare cōstituerunt. Cōgressione facta cum obsidētibus, illos uertunt in fugam: aliquot ex illis cęsis, Qui profugerāt, iterum socia arma cōtrahentes iumēta non diu post Sundensiū abegerūt. Sequuti ciues, cum eos medio deprehendissent itinere, man⁹ cōtulere: ductorē eius agminis capiētes, secū uinctum abduxere: qui cum hostilia, aduersus illos hostili de more, militatiter egisset: ciuili non criminali iudicio subijciendus credebatur. Erat aut̄ tantę dissensionis inde fomes q̄ captos nuper in mari quosdā ex cognatis suis, qui iusto bello in hostes militassent, uelut publicos p̄dones gladio publici iudicij perdidissent. Sed qm̄ militares uiri, dum in hostes uadunt, multos sibi hostes armorū licentia cōstituunt, quibus hostilia non denūciauerunt: fit ut a ciuib⁹ intercepti, non iure militari, sed plebeio, inter p̄dones capti cum p̄donib⁹ pereunt iudicati.

CA. XXXI.

Archia Brādenburgēsis iterum per hęc tempora innouauit principes suos. Peruenerat feudi iure ad regem Romanorū Ludouicum per mortē Waldemari decedētis sine prole. Ille permisit Ludouico filio, & ille fratri Romulo: unde peruenit ad Ottonem quendam: qui illum principatū uili licitatus, uendidit Imperatori Karolo. Ille eū permisit filio Sigismūdo: a quo peruenit ad Iodocum Morauię marchionem. Hic iam eius dominio exaturatus, tradidit illū, ut ferūt, in pignus Wilhelmo Misnēsi marchioni: acceptis ab eo quadraginta milib⁹ sexagenarū ex grossis Bohemię. Sed Sigismūd⁹ postea q̄ ad Romanū peruenit imperium, eam uel gre redemptā, uel quouis iure reuocatam, permisit Friderico Burgrauio Nurenburgēsi: quod suo tēpore dicitur. Nunc illud sum⁹ cōmonendi: Iodocū illum Morauię principem, etiam aliquādō Romanorū esse regem cōsalutatū. Nam sepe ab amicis cōmonitū: a principib⁹ stimulatū Wentzlaū, cum nulla superesset spes reparandi, & ad sanā mentem

Stratagemata pulchra.

Sundēses senatū pulsū reuocant.

Mortuo dāt honor.

Tumentorū abactio.

Militares ut plebei pereunt.

Deuolutio marchionatus.

Marchionatus ad Burgrauios Nurenburgēsi.



Wentzlaus  
deponitur.

Wentzlaus  
uari<sup>9</sup>, uafro,  
ignauus.

Obijt Iodoc<sup>9</sup>  
marchio.

Rostockcen.  
přesidium  
nouū tollit.

Albertus rex  
liberatur.

Urbs Stocks  
holm in de  
positum.

redigendi, principes electores Francfordiē cōgregati, solēni decreto exathoratum, regno destituerūt. Et cum de nouo creando, non satis inter eos cōueniret, archiepiscopi Moguntinus & Coloniensis, Iodocum Morauig marchionē pretulerūt: alij Sigismūdum Vngariē regē, Wentzlai germanum fratrem, extulerūt. Sed ea tum res non alium exitum habuit. Audiuit Wentzlaus, quid de se & Iodoco propinquo suo actum esset: & euocatum Iodocum ubi in penitiora perduxit, his interpellat uerbis: Etsi satis (inquit) scio non esse e dignitate mea: quod in me ferūtur electores peregisse: leuat tamen iustū hunc dolorem meum q̄ familiam nostrā non egressi, tibi illū honorē uicissim detulerūt: qui tibi sc̄elix proueniat. Nam nō est mortaliū quisq̄, cui malim illū prouenisse, Iodoc<sup>9</sup> qui necdum electionis decretum, utpote imperfectū, accēpisset, omnium ignar<sup>9</sup>, male sibi timuit ab Wentzlao, homine uario & uafro: quē uitia cum ignauia permixta fuere. Procidit ad genua regis, & sancte iurās, nihil se eius rei, uel egisse cū quoq̄, uel ante sensisse: Orat, ne quid illi tale imputetur: quod an omnino fuerit an quomodo factum sit, penit<sup>9</sup> ignoret. Ille refert: pone metum mi Iodocenam neq; Imperiū inuītus depono, neq; si illud retinere cuperem, iura in te sanguinis uiolarem: bono sis animo, Imperiūq; tibi mādatum, alacris suscipe: mihi mea satis est Bohemia. uiris, armis, opib<sup>9</sup> regni mei, tanq̄ tui, perinde utere: latumq; ac donatū a se dimisit. At ille sex tm̄ menses postea superuixit: in Brūna urbe Morauig specie regis tumultatus. **XXXII.**

Vgslaus dux Wolgastensis, eo tempore, cū oportuno loco portū & sinū deprehēdisset in littore suo, cōcepit erigere munionē: quā fossatis uallisq; firmauit: meditat<sup>9</sup> aliqñ loci oportunitate, naues de mari receptas, facile aduocare mercatores: qui nouā eo loco urbē molirent. Id cōspicati Rostockcenses, & qd̄ res erat, facile cōiicientes, magno urbi suę futurum p̄iudicio: cū apparatu bellico egressi, omnia fossata repleuere: erectum p̄sidiū solo equauere: ut ne uestigiū appareret ceptarū ibi munionū: testati omnia se perpeffuros, priusq; noua ibi molitionis de nouo iaci fundamēta paterentur. Tulit eam rem princeps perq̄ indigne: sed qñ maioribus implicāndus uideret, de incerto laboratur<sup>9</sup> prudēter dissimulauit, antiquauitq; ex causis pristinū institutū. Erat tum annus a Christo nato nonagesimusquint<sup>9</sup> post mille trecētos: a captiuitate regis Suecię Alberti, iam septim<sup>9</sup>: cū de ei<sup>9</sup> relaxatione multa uarijs locis placita haberent Tandem interuentu septē urbiū, Lubicę, Sundensis, Gripeswaldēsis, Gdanensis, Turriang, Elbingensis, et Reualig: quę se uades in hāc rem interposuere: spondentes, ut rex laxatus intra triēnium reginę uoluntatē expleret de sua, filijq; ac concaptiuorū redemptione: aut urbes sexaginta milia marcarū argenti persoluerent: aut, qd̄ tertiū fuit, urbem Socksholm cum pertinentijs suis, in man<sup>9</sup> reginę consignaret: Prospexere iam sibi ciuitates memoratę: ut sigillo regis ac filij eius litterę signarent. quib<sup>9</sup> memorata urbs Socksholm in omnē euentū in arbitrio esset & manu ciuitatū, suā pro rege fidē obstringentiū. In eas cōditiones rex cū filio & cōcaptiuis laxat<sup>9</sup>, proficiscit in suam Magnopolim: non satis equa mercede munerat<sup>9</sup>, pro tanto



labore administrati regni, per tempus non paruum. Tum uero Vitalianus milites in mari digrassati, cum intelligerēt de pace rem esse pene perfectam: uidebant regno suo & libertati finē iam imminere. Idcirco futuris cōsulētes tēporibus, prēdā ex Norwagia facere maturabāt: nauigantes in emporiū Bergēse, quod in Norwagia scripsimus. Cecidit per id tēpus circa Assumptionē diuē Marię grando, humane faciei pręferens imaginē: quod prodigiū habuere loco, qui superstitiones persequūtur: Discreuere in glacie faciem uiri ac mulieris, barbati uiroꝝ, sceminarū uero crispātibus inuoluta pedibus imago, in grandine cernebatur: fidem fecere uiri probati, qui manibus tenuere mirantes.

Grando medio Augusto

## C.A. XXXIII.

Libertus Suecię rex, dux Magnopolensis, per absentiam suā cum esset in regno, disturbata multa uidit: quę uel in ipso principatus corpore, uel in propinquis dominijs erāt in deteri<sup>9</sup> prolapsa. Quade re cōuenit in opido Parlberge Wilhelmū Misnēsem iam Brādēburgēsem Marchionem: colloquiūq; fuit inter eos, de rebus ad pacem pertinentibus. Affuere urbiū Wandalarū oratores, idem agentes. Cōuenitq; inter omnes: ut pax ubiq; publica uigeret: itinera omnia securarent: cōmuni odio infectati ab omnib<sup>9</sup> prēdones, darēt improbitatis suę iustas pœnas. Et iam in dies Bachanales, siue Saturnales malim<sup>9</sup> appellare (carnis priuū uulgus appellat) Albertus rex, cōiuge dudum uiduatus, secundis sibi Ericocq; filio quōdam cōcaptiuo, primis nuptijs, cōsulturus, celebrem uicinis principibus in Zwerino cōuētū indixit: euocauitq; honoris gratia quā plurimos. Cōuenere frequentes, accepitq; cōiugē, dominam Elizabeth uiduam, sororem ducū de Luneburgo, Henrici & Bernardi. Filio autē dedit filiam Bugslai ducis de Wolgasto. Aderant principes ac doming, regales nuptias mirifice honestātes. Et iam omnibus ex cōdigno peractis, rediit in sua quisq;. Vxores ducum de Luneburgo, introierunt opidum Vltzen: Euestigio Henricus quoq; dux Luneburgensis, ne quis uel minimum suspicaretur, ingreditur post illas: primores opidi euocās in pretoriū, & instructo cum illis sermone: suis post paulo insinuat: ut morent nec abire sinant presentes, quādiu iusserit: ipse cum expeditis portam urbis cœpit in castellare, cōmunireq; fossatis, & uallis, in morē castelli: & imposito præsidio, iussit quēq; in domū suam descendere. Ipse mox Winsen petens, firmavit omnes naues sale onustas: omnibusq; per agros pręcepit ne quid adueherēt, deueherentq; Luneburgensibus: pœna capitis cōstituta in cōtumaces. Statuit enim perdomare opidum Luneburgum, sibi ut putabatur, minus audiens & effrene: Ostia fluminis Delmenow, immisissis gradib<sup>9</sup> saxis, fecit intrāstibilia. Interim Lubicēses & Hāburgenses uicinū Luneburgi opidum, non deserēdū arbitrati: cum hostilia ducibus ex more nūciassent, Hāburgēses obsedere arcē Horburg, instātissime oppugnātes. Interim tñ cōmunibus utriusq; urbis Lubicę & Hāburgi uiribus, obstructo per ducem flumini, fodientes alium & cōmodiorē exitū in Albim aperuerunt: unde frustratus ducis conatus uiderēt. Obsidionē autē arcis memoratę, non satis cōstanter Hamburgēses (ut ferunt) fecere: sed eam cum diuturnam prospicerēt, dese-

Conuentus propæce:

Nuptię patris & filij.

Circūuēctio memorāda.

Luneburg inualio.

Horburg arx obsidē.



rentes, laxantesque ad cōuehendā prēdam excurrerūt, identidem fecere Lu-  
neburgēses: quarū rerum fastidio, duces ipsos ad pacē inclinauere: facteq;  
sunt treuge triennales, si forte intra id tēpus omnia sopiant. XXXIII.

Ericus filius  
regis obiit.

Ericus Alberti Suecię regis filius, spes unica regni: q̄ de sanguine  
e regum illorum, per matrem patremq; prodiret: non diu post ini-  
tas nuptias, cum in Gothlādia: quę adhuc Alberto patri parebat  
ageret, diem clausit extremū. Visus est tum rex animo recuperādi regni cō-  
cidisse: iam uetulus: iam laborū pertesus. Margareta regina ad eum nūci-  
um defuncti Erici crecta: nihil intermisit, quod ad firmandos in fide regni  
proceres pertineret. Quo etiam tēpore, cum dominus Iohannes de Sinten  
quōdam Rigenſis episcopus, tum patriarcha Letuanie, diem suū obisset:  
canonici sex, qui propter ordinis suscepti grauamē, ab ecclesia exularunt:  
eundē Iohānem suū archiepiscopū reputātes, tūcq; primū ecclesiā uacasse  
arbitrati: nouam electionē fecere. Sed nihil ea profuit molitio: summo pō-  
tifice pridē suam autoritatē interponēte, ad eum cōfirmandū: qui in ordi-  
nem Teutonicorū in sua persona ecclesiam redgisset. Circa quod tempus  
in Zwerinēsi ecclesia, non mediocris erat tumultus. Rodulphus enim epi-  
scopus, dñorū de Stargardia frater, a capitulo suo, omni administrationis  
honore, in temporalib⁹ & spiritualib⁹ destituit: arce ecclesię, Butzow, exu-  
itur: sola illi curia permittitur in Zwerino, prębēdali portione illum mune-  
rantes, & nihil pręterea permisere. Qui ei rei preerat ex canonicis unus ab  
Alberto rege capitur: carceri mācipatur, & iam seuerius in eum aliquid co-  
gitabatur: quasi domini sui proditorē. Sed ille scelici fato uinculis utcūq;  
elabatur, euāescēs ex omnīū oculis. Interim fratres destituti pontificis, ex  
una, & Ericus dux inferioris Saxonie, & Albertus comes Holsatię dioce-  
sim ingressi, omnia canonicorū prędia uastant, diripiūt, incēdunt: abductis  
etiam colonis. Ea merces fuit pręcipitis in pōtificem cōsiliū, principū enim  
filiū utroq; gladio pugnātes, sunt ceteris formidabiliores: nec in pūne tāgunt  
tur. Nemo tamen dubitat magnas, tum perpulisse causas capitulum in il-  
lud consiliū. CA. XXXV.

Patriarcha  
Letuanie  
obiit.

Ep̄s z Weris  
nēsis spoliat

Vastantur  
prędia capi-  
tuli.

Phrisi in  
Hollādinis.

Capra nauis  
preciosa.

Regarū interim milites, qui se Vitalianos dixere, iam nauigatio-  
g nibus affueti, & prędis in mari opulētis, cum iam pax reddita ori-  
entali mari, non eos pateretur: in oceanū Britannicū dilapsi, Phrisi-  
się latera, pro domicilio habuere. Phrisi tum Hollādinis infesti eam gentē  
tum primū ad nauigādum ingressam oppugnauere. Inter Phrisios capita-  
neus erat Hitzke Prouest: qui quatuor ad mare pręsidia tenebat, prędonū  
receptacula, furum latibula, Bruke, Wimūde, Auribashoue, & Margēho-  
ue, hoc prętextu multi mercatores urbiū Wādalicarū, decq; ceteris Prussie  
& Liuonie urbibus nauigantes, direptiones sunt nauīū atq; rerū perpeffi.  
Quam rem urbes memoratę, ut dignū erat, indignissime pertulerunt. Ca-  
pra est nauis de Reualia nauigās, inestimabilis precij, merces deuehēs, pel-  
libus, cera, cupro, perq; onusta. Qui inerāt mercatores, cum nossent, uel soli  
rerum precium, loquuti sunt prędonū magistris. Istas inquit merces, iam  
uestras, quia distrahere uobis in animo est, hoc saltē nobis, quōdam earū



dominis, permittite: ut a nobis accepto æquabili precio, quod reliquū est mercaturæ, nobis lucrū prouenire sinite. Visi sunt equū postulare. Igit̄ octo milia nabulorū (genus est grādiōris ex auro Numismatis per Angliā Frāciamq̄) constituūtur illis in precium. Erat uix quinta iuste estimationis: & receperūt merces illi suas, cōstituta pecunia ad eorū beneplacita. Sed cum ea res crebresceret, pertederetq̄ ciuitates: euocati Lubicā cæterarū urbium oratores de cōmunionē: Wismariēses autē & Rostockcēses iam p̄pter suos Vitalianos, qui omnium sine discrimine merces, undecunq̄ direptas, in ea loca deuexere, omniū odio laborabāt: iam alieni ab cæterarū urbiū societate. Decernit̄ in eo cōuentu, q̄ Lubicēses e mari suo, & ciuitates Prussiæ ex oriēte, maiores ad pugnā, cōmunib⁹ omniū impēsis instruerēt, mari latrocinij purgādo, naues, aut saltē suis incolumē prestare nauigationē. Ea res ali quādiu uisa est, p̄fuisse: sed maiorib⁹ erat conatib⁹ agendū. XXXVI.

Ratres Teutonice domus per Prussiā, qui haften⁹ terrestrē e gere militiam: nūc etiā experturi naualē, fecere expeditionē in Gothlandiam: q̄ ciues urbium Prussiæ qui tum ordini parebāt, quererentur fieri crebras mari incursiones ab Vitalianis: qui eam insulā ab rege Alberto tenebant. Mortuo enim Erico filio, Albert⁹ rex (ut dixim⁹) posthabuisse uisus est regnum. Sed fratres tum expeditis nauib⁹ ac militibus, ingressi insulam: facile expulere gregarios: suisq̄ deinde iūxere ditionib⁹: foeliciter redeūtes, cum reliquissent ibi militū necessariū presidium. Albert⁹ autem rex, ubi comperit, assumpsit de Rostockio, Wismariæq̄, p̄consules, uiros marini iuris non inscios, nauigauit in Prusiam: querebatur sui iuris captam Insulam: eamq̄ sibi deposcens restitui: aut si magno ibi ordinis cōmodo eam putabitur incolere: soluant iuste precium estimationis, & se illis permittente, suo sibi iure possideant, seruentq̄. Fratres autem pretenderūt, insulam a publicis hostib⁹ insessam: cum iam in iure regis nō esset: seq̄ ab illis iure gentiū, bello cœpisse, & nūc iusto satis titulo possidētes: Satis ibi magno tēpore digrassatos Vitalianos, omniū detrimēto nauigatiū. Q̄ si rex illos eiecisset, eius paterentur esse dominio: nunc autem rege quiescēte: se illam ex manibus publicorū hostiū cœpisse: suo deinceps iure futuram: bene p̄inde regem facere: si quod iure belli quæsierint, id illos patiat̄ possidere. Rex preter uerba nihil ab illis reportās, inanis rediit in sua. Germani⁹ interea dux Wolgastēsis, ad mare habitās, iam etiā naues non paucas tenebat, acceptas a suis Sūdēsis: mare ingredit̄, purgādi eius gratia creditū est, idq̄ omnes p̄ferēbāt, eiciendi gratia grassantes Vitalianos. Sed illis nō inuētis, cum milites frustra egredi nō paterent̄: passim obuios habuerē pro hostibus. Aggressi mercatorū naues, quas in Nordsund deprehēderant: capiūt, expoliāt, aut si minus, exprædāt: Sui iuris capta faciūt, & uelut iustam prædam in sua ducere cōnituntur. Iam de suo reditu, disponētes, uident ad nauigare classē de Lubica, quæ Norwagiā peteret. Siue ergo illam inuaserint priores, siue ab eis in suspiciōnem prædatorū uenerint (facile enim agniti sunt nō esse mercatores) & ita a Lubicēsis sint inuasi, incertū est: hoc tñ certū est cōtulisse inuicem manus. Sed multis ante cæsis, Wol

Mercatura  
pulchra.

Wismariē  
& Rostockcē  
ses odio ha  
biti.

Obuiatur la  
trocinjs.

Gothlandia  
subfratrib⁹  
Teutonicis.

Albert⁹ rex  
queritur de  
Gothlandia

Excusatio  
fratrum.

Dux Wol  
gasti spoliat  
mercatores.

Cōseruntur  
manus.



gastenses dissipate sunt naues, & uentis disiecta classis: Quædã in Norwegiam dispulſe, difficilẽ habuere regressum: alię in Phriſiã dilapſe: dimiſſis ibi nauibus, pedites, qui inerant, redierũt. Vna de maioribus in Daniã ap-  
 Pyratæ cece-  
 dunt gladio  
 Stockholm  
 traditur.

pulſa, octuaginta uehebat ſatellites: eam manũ capi iuſſit regina, publicoq; cedi gladio: ſciſe, cui inſtiterint, nauigantes queſtũ. Ita palã illa fecit, quo iure, quoue animo, ea classis in mari fuerit. Iã impleri cœperat trieniũ: quo rex Albert<sup>9</sup>, reginę arbitratu, de ſua captiuitate exiret; eiq; ſatiſſaceret. Igitur ſeptẽ urbes que fidem interpoſuere, regem adẽũt: optionẽ ex trib<sup>9</sup> faciunt, quid malit: aut in captiuitatẽ redire: aut ſexginta argenti marcaꝝ milia numerare, aut urbem Stockholm, & perinde regnũ dimittere. Non erat obſcurũ quid eligeret, iam filio mortuo, ipſe grãdũ uſus, & laborũ pertẽſus. Itaq; minimo ſe laxans, urbem reginę permittit: cum reliqua regni iam illa teneret. Ita eſt regno ad plenũ abſolutus. CA. XXXVII.  
 Am Letuania labore bellorũ plurimo, a Chriſtianiſ fatigata, nihil intermittẽtib<sup>9</sup> domus Teutonicę fratribus, per Pruſſiã atq; Liouoniam: annitẽte præfertim rege Polonię, tam Chriſtiano, eadem origine (ut diximus) ex Letuania progenito. Cum Vitoldus dux Letuanorũ, memorati regis fratruelis, iam Chriſti baptiſmate Alexandri nomẽ accõpiſſet: gneralis, ad omnes propinquas Chriſtiane pietatis cõpotes prouincias nunciatur pax & tranquillitas: conuenitq; inter omnes, ut quas arces memorati fratres bello occupaffent in terra, iure perpetuo tenerẽt: cõmunibuſq; armis adẽſſent Alexandro, ad eas que ſuperẽſſent perdomãdas. Cũq; anno tum proximo, qui erat a Chriſto nato, poſt mille trecentos nonageſimus nonus: ingẽs rigor brumę & a multo tẽpore incõpertum frigus eſſet: ut a Lubica Sundis, & inde in Daniã, pedẽſtri perueniretur itinere: fratres domus Teutonicę per Liouoiã nacti uiam, per paludes que alias eſſent intransibiles, duxere in Samagethas (Maſſagetharũ id gen<sup>9</sup> ab olim arbitror) quindecim milibus ſuorũ eductis, terrã ingrediũtur hoſtilẽ: obuios omnes diripientes, qui ſe deſenſioni parauerant: ſternentes obuios, quatuor ex his milia perdiderũt: prædã ingentẽ abduxerũt. Fratres quoq; ex Pruſſia, alia parte ingreſſi, ſibi oppoſitis finibus uãſtitatẽ intulerũt. cõuenerat enim inter eos, ut medios amborũ inuaderẽt barbaros: ut malo perdomiti, Chriſti aniſmũ, quando alia non erat uia cogereũtur amplẽcti. Indocile enim barbarorum genus, niſi per arma ad iuga Chriſti cogi, uel pertrahi, uel inuitari non potuit: Nimirũ magnus eſt amor paternarũ traditionũ: Nam & Itali, diu pertinaces erãt, hominũ gen<sup>9</sup> ut ſibi uidẽtur, omniũ ciuili<sup>9</sup> & honeſti<sup>9</sup>, quãta milia martyrũ pdiderũt priuſq; Chriſto crederẽt. XXXVIII.

Libertus iam inani titulo rex Suecię, dux Magnopolẽſis, cõuentum celebrẽ habuit, qd anticipãdo attigim<sup>9</sup>, in opido Perleberg, cum Wilhelmo Miſnẽ & iam Bradẽburgẽſi marchione. Is enim data pecunia, pro rei magnitudine non magna, coẽmit a Iodoco Morauię principe, hũc Bradẽburgenſem Marchionatum. Sed cum interea uacaret (ut aſſerũt) imperio, ducatus ſuperioris Saxonię: Sigismũdus Imperator, illum permittit Wilhelmo Miſnẽſi: ea lege, ut ille uiciffim dimitteret Mar-

Modus cogedi barbaros ad Chriſtianiſmũ.  
 Alienatio Marchionatus.



LIBRI VIII. CA. XXXVIII. ET XXXVIII.

chiã Brãdenburgensem quã dict<sup>9</sup> Imperator tum cõtulit Friderico Nus  
renbergẽsi Burggrauio. Nunc uero Wilhelm<sup>9</sup> cū Alberto rege, in opis  
do memorato, hoc egit: ut interdiceretur, arcereturq; quę multa fiebãt ex  
Marchia, præcipue Prignissa, latrocinia in uis publicis. Firmauerunt aut  
inter se principes, omni conatu persequendos prædones. Dum ea potissi  
mũ geruntur improborũ man<sup>9</sup>, quę in Lentze opido ueteris Marchię, ad  
Albim recepta est, egrediũt & munitiõnẽ, quã Albertus rex in suo loco  
aduersus illos erexit, deiciũt, uastantq; in circuitu omnia. Indignati prin  
cipes q; per cõtemptum ista suũ fieri interpretarẽtur: misere, qui opidum  
Lentze cum arce expugnarẽt: captosq; in ea latrones, suspẽdio perderent:  
nec secius, ac mãdatum, est peractũ. Ita dignũ moribus & factis exitũ in  
uenerũt. Quo tẽpore pene cõtinuato, duę Ludouici Vngarię regis filię:  
altera Polonię, altera Vngarię reginẽ in dño obdormierũt: quę maritis  
dotẽ ingẽtem, singula regna, attulerũt. Sigismũdus Barbarã Cicile comi  
tis filiã accepit in secũdã uota: quę ei peperit filiã solã Elizabet, spẽ regni  
quã postea accepit Albert<sup>9</sup> dux Austrię, per eam fact<sup>9</sup> regnorũ Vngarię  
& Bohemię successor: & sua uirtute prouect<sup>9</sup> ad Impiũ, qđ suo tẽpore di  
cem<sup>9</sup>. Bolisla<sup>9</sup> aut ex secũda, cõiuge sustulit filios Casimirũ: qui ad nostra  
tẽpora regnãs puenit: & Ladislaũ, qui cum titulo Vngarię perijt, magno  
prelio oppressus a Turcis qđ suo tẽpore nõ transibit. XXXVIII.

Lexander dux Letuanorũ, pridem dictus Vitold<sup>9</sup>, uir armis in  
a nutritus, & qui iam Christianus, illam acrimoniã ostẽdere cupie  
bat pro Christo: quã quondã pretẽderat cõttra ipsum: magno su  
orum agmine duxit in Tartaros, Christianitatis usq; hodie expertes. Fer  
tur equitũ, peditũq; plusq; cõtum milia eduxisse. Obuiã illi progressi Tar  
tari, manus cum illo cõseruerunt. Prima illi prospera pugna fuit: Magna  
enim hostium strage peracta, uictor in campo stetit: hostib<sup>9</sup> fugatis. Des  
inde renouato per aliam uicem prelio, cum fortiter utrinq; preliãtib<sup>9</sup> ceci  
dissent multi: sed incõparabiliter, maior erat strages Tartarorũ: ferũtur tre  
centa milia Tartarorũ duobus prelijs concisa, tertio quoq; manum cõfer  
re ausus Alexãder: non eadẽ speritate fuit. Nam cõglobati Tartari, ali  
quãdo se uindicauere. Fusus exercit<sup>9</sup> Alexãdri, cesiq; ad interneciõnẽ pene  
omnes: uix ipse octauus euasit, uersam in se expertus fortunã. In Wãdalia  
uero & si satis iam uideretur factũ, capto opido Lentze cum arce: supere  
rant prædãtium reliquię in uicinis arcibus, Wustrow, Mesekow, Manke  
moesz, Kummerlosz: Tartarea & latrocinijs digna nomina: quę ex ueteri  
Wãdalico remãserunt uocabula. Sed Albertus rex in societate eius expe  
ditionis, Laurẽtium Wãdalię principẽ, euocauit: armacq; illi iungẽtes, ob  
sident, oppugnãt, & euertũt illa latibula. Qui uero inerãt, cum diffiderẽt  
non expectãdũ rati, abierũt. Illi iniecto igne cõcremarũt, soloq; equarũt.  
Venerãt interea Wisnariã nũcũ fratrũ dom<sup>9</sup> Teutonice ex Prussia afferẽ  
tes pecuniã quã Alberto regi pro Gothlãdia offerebãt: Mutauere em̃ ex  
tẽpore sententiã, uel minis uel amicorũ consilijs, instructi, bellũ redemerũt  
Satis illis uisum est esse laboris, aduersus infideles luctari: ut Christianis

Latrocinia  
arcentur.

Opidũ Len  
tze ex pu  
gnatur:

Sigismũd<sup>9</sup>  
ad secũda  
uota.

Vitold<sup>9</sup> in  
Tartaros.

Vitold<sup>9</sup> uictor  
& uincitur.

Noia arcũ  
predonum.

Oratores  
per Gothlã  
dia.



principibus, fruerentur adiutoribus. Ille accepta pecunia, remisit illis ius omne suum: quod illi esset in insula.

CA. XL.

Oratores Hā  
se in Daniā.

Vo tempore, urbium Wandalicarū oratores nauigarūt in Daniā, conueniētes reginā Margaretā, iam tribus regnis imperātē: quā adorti sunt, reperiētes in Zelandia: ut apud illā transigerēt,

Tollitur si  
multas.

& repararēt, quę diuturno bello infracta fuere, mercatorū in regnis priuilegia. Tum uero cōuenit, ut antiquata memoria ueteris simultatis urbium mercatores in regnis ad ueterē reponerent usum immunitatū: quę cōmuni odio insectarent, qui supererāt, pyratas ex Vitalianis. Aderāt tūc Rosstockcēses & Wisuarienses, qui pro suo principe zelātes, magnis incōmodis affecerant regnorū habitatores: Sed tum reconciliati reginę cum alijs meruerāt admitti, ad usum ueterē libertatū. Per quę tempora Vlricus & Iohānes Stargardię principes, Iohānis. I. ducis Magnopolēsis filij, duces & ipsi Magnopolēses, Stargardię dominatu cōtēti, assiduo bello ad latera Marchię detonabāt: uexātes, uexaticę. Est opidū Prinflauia, cuius ciues ad arma satis prompti, prouocauere sepius uicinos, quę ipsi excitarētur.

Recōciliātur  
reginę Ros  
stockcēn &  
Wisuariēn.Stratagemata  
ad insidias.Prinflauię  
ciues oēs ca  
piuntur.Augetur do  
miniū Ma  
gnopolēsiū.Abacta peco  
ra LubicēsiūMagnopolē  
sis heres pri  
cipatus.

Quocirca principes memorati, expedito suorū agmine, duxerūt in illos. Sed ueteri usi stratagemate, ad fallēdos urbicos precipites, pauci se ostendūt, qui pecora abigerēt, maiori agmine ad insidias collocato. Ciues, ubi abacta pecora audiūt, nō ferētes iniuriā, mutuo se hortant, hostes insequi: ut recepta pręda, etiā prędatores inuadāt: facile se illis numero & uirtute sperāt superiores, cōiectato numero, quę oculis illi cernebāt. Effundūtur portis, hostem insequētes. Illi non multū properarūt, expectātes, ut ceteri effusius sequant ex opido: Ita, praxere ad locū insidiarū. Inde exorti qui latuere, opidanos inuadūt: ad unū capiūt omnes: mox homagiū ab ipsis sumūt in agro, cūq; illis ingrediunt opidū. Ibi exactiōe per singula ciuiū capita instituta. LX. milia Sexagenarū de grossis Bohēmię extorquēt. Sed quā promptū nō erat, obsides sumpserunt ex primorib; quos ipsi deiegerunt. Hic Iohānes ex uxore Wilheida, sorore Iagail & Stirgail, ducū Letuanie, genuit filiū Iohannē, in quo stirps illa stetit. Nam frater ei; Vlricus, genuit Henricū, & is Vlricū: qui solis filiab; relictris, trāsmisit dominatū ad Magnopolēses. Audacē tum operā nanauit Baltasar dñs Wandalię Laurentij fili;: cū (nescio quid cause) in ciues Lubicēses pręderet. Nam cū expeditis militib; ingressus eorū claustra (pręsidia sunt ad agros & immunitates urbium) pecora Lubicēsiū abegit: & ut maiori cōtēptui signū faceret, uillā Wislo incendit: & nemine persequēte, prędā, quo uoluit abduxit. Cautiores tum fuere ciues, edocti priori periculo ne in latentibus (ut sepe fit) tumultuarie egressi incidērēt insidias, alio tempore causam illā, cum Baltasar tractaturi: quod euenit. Is Baltasar fratres habuit Wilhelmū & Nicolaū: omnes sine prole moriūtur. Sed & Nicolaus fratruelis, sine prole defecit: & trāsiit principatus ad duces Magnopolenses, in personam domini Henrici: qui pater erat Magni & Baltasar, ducum nostri temporis.

FINIT LIBER VIII.